

RMSE 003412

CONSTITVTIONES
SYNODALES B.3

Ab Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino

DOMINO IVLIO

TIT. S. MARTINI IN MONTIBVS
S.R.E. PRESBYTERO

CARDINALI SPINOLA

MISERATIONE DIVINA

SVTRINO, ET NEPESINO EPISCOPO.

Edita, & promulgata in Cathedrali Ecclesia

CIVITATIS SVTRII.

Die 20. & 21. Septembris. M. DC. LXXI.



RONCILIONE, Typis Aegidij Tosellij Impressoris Episcopalis. 1671.
SUPERIORVM PERMISSV.



I V L I V S

TIT. S. MARTINI IN MONTIBVS
S. R. E. PRESBYTER

CARD. SPINOLA

MISERATIONE DIVINA
EPISCOPVS SVTRINVS, ET NEPESINVS.

*Vniuerso Clero Ciuitatis, & Diœcesis
nostræ Sutrinæ.*

SALVTEM IN DOMINO.



ALVTAREM Synodi congregandi
morem ab Apostolorum vsque tem-
poribus Sanctissimè institutum pro
viribus Sectantes, Diœcesanam hanc
Nostram primam Synodum post pe-
ractam vtriusque Diœcesis Visitatio-
nem Sanctorum Patrum, Sacrorum
Conciliorum, ac nuperrimè Concilij Tridentini vo-
ce moniti ad Cleri Populique Nobis commissi ani-
mos,



mos, moreſque componendos, ad vitia eradicanda, ad virtutes inferendas conuocare conſtituimus. Poſcit enim noſtræ Paſtoralis ſollicitudinis ratio, & gregis cura Nobis concrediti mentem, animumque impellit, vt mala, ſi quæ ſunt euellamus, & ſalutaria conſoueamus: Verùm quia in Agro Domini, (inimico homine ſuperſeminante zizaniã,) ſolent noxia ſubreſcere germina, hæc eradicanda ſunt, ne officiant, plura conferenda, vt proſint, ex quibus multiplici ſegete fertilior magis, magiſque in Domino reddatur, & vberioribus virtutum fructibus, & fructibus abundet, ſubreſcat, ſoboleſcat. Quod ſi quid vitio temporis, & naturæ ad malum procliuiſ, ad bonum obluſtantis fuerit deformatum, veſtro bonorum operum, vitæ, ac morum exemplo, (filij cariffimi) reformandum eſt, vt alios ad noſtri imitationem pertrahamus; præuenit enim (teſte Bernardo) bonus opinionis odor, excitat ad currendum, perducit ad experiendum.

Quarè nos ad Omnipotentis Dei, Dei paræ ſemper Virginis, & Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, omniumque Sanctorum, præcipuè huius noſtræ Diœceſis Patronorum laudem, & honorem hæc in prima Noſtra Diœceſana Synodo ſtaruimus, declaramus, & promulgamus.

IN-

INDEX TITVLORVM.

De Fide, & eius Profeſſione.	Cap. 1.
De Doctrina Chriſtiana.	Cap. 2.
De Blaſphemis.	Cap. 3.
De Concionatoribus.	Cap. 4.
De Reliquijs, & Veneratione Sanctorum.	Cap. 5.
De Sacris Imaginibus.	Cap. 6.
De Indulgentijs.	Cap. 7.
De Dierum Feſtorum Obſeruatione.	Cap. 8.
De Ieiunio.	Cap. 9.
De Horis Canonicis.	Cap. 10.
De Officio Punctatoris.	Cap. 11.
De Miſſæ Sacrificio.	Cap. 12.
De Vita, & honeſtate Clericorum.	Cap. 13.
De Sacramentis, eorumque adminiſtratione.	Cap. 14.
De Sacramento Baptiſmi.	Cap. 15.
De Confirmatione.	Cap. 16.
De Sanctiſſima Euchariftia.	Cap. 17.
De Pœnitentia.	Cap. 18.
De Extrema Vnctione.	Cap. 19.
De Sacramento Ordinis.	Cap. 20.
De Matrimonio.	Cap. 21.
De Officio Parochi, eiufque Reſidentia.	Cap. 22.
De Sacroſanctis Eccléſijs, & reuerentia, eis debita.	Cap. 23.
	De

De Sepulturis, ac Funeribus.	Cap. 24.
De Bonis Ecclesie conseruandis, & de eorū recta Administratione.	Cap. 25.
De Regularibus.	Cap. 26.
De Monialibus, & earum Ministris.	Cap. 27.
De Confraternitatibus.	Cap. 28.
De Hospitalibus.	Cap. 29.
De Monte Frumentario.	Cap. 30.
De Concubinarijs, & Meretricibus.	Cap. 31.
De Vfuris.	Cap. 32.
De Foro Episcopali.	Cap. 33.
De Archiuio.	Cap. 34.
De Synodi Celebratione.	Cap. 35.
De Examinatoribus Synodalibus	Cap. 36.

Imprimatur,
Pro Eminentiss. & Reuerendiss. Domino D. Iulio
Card. Spinola Episcopo Sutriano, & Nepesino.
F. Bac. Aurelius Tosi Ord. S. Augustini.

Imprimatur;
Aeneas Bonauenturi Aldobrandeschi Archipref-
byter pro Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.
Deputatus.

IN

INDEX RERVM

A

Absentia Canonicorum pag. 22. pænz contra
illegitimè absentes. Ibidem.
Acclamationes Synodales pag. 96.
Ægroti in periculo vitæ constituti; quomodo
adiuuandi pag. 51. 52.
Altaria non extruenda, vel deuastanda absque li-
centia pag. 64. quando sunt indotata, & nuda.
supellectilibus quid cum Patronis agendum.
Ibidem tela cerata, & mappis operienda. Ibi-
dem, quæ omnes sint de lino pag. 65. Habeant
vmbraclum supra, si non sunt sub fornice pag.
64. Vide Sepultura. Vide Paramenta.
Anniuersarium pro quibus, & à quibus celebra-
dum quolibet anno pag. 26.
Archiuum erigendum in qualibet Ecclesia pag.
89. quomodo custodiendum, & quot clauibus
occludendum. Ibidem. Scripturæ in eo asser-
uandæ. Ibidem. Vide Ecclesia. Vide Bene-
ficio,

B

Baptismi effectus, materia, forma, & intentio,
pag. 34. Minister Ordinarius pag. 35. In ne-
cessitate pag. 36. Reuerenter exhibendus, &
suscipiendus pag. 34. Baptismus Paruulorum,
non differendus pag. 35. Baptizatus Domi, non
iterum baptizandus, sed ceremoniæ supplendæ.
Ibidem Fontis Baptismalis materia. Ibidem;
& quæ conseruanda in ipso. Ibidem. Vide
Com-

Compatres . Vide nomina . Vide cognatio Spiritualis .
Beatum aliquem non venerentur fideles , nisi ab Ecclesia declaratum pag. 12 .
Beneficiorum fundationes conquirenda à Beneficiatis pag. 89 . & ad Archiuum Cathedralis simul cum Inuentarijs omnium bonorum ipsarum Originalium transmittenda . Ibidem .
Bona Ecclesiarum sunt Patrimonium Christi , pag. 69 . Diligenter conseruanda . Ibidem omnium conficiendum Inuentarium . Ibidem , & pag. 70 . Copia transmittenda ad Archiuum Cathedralis . Ibidem , & pag. 89 . Non alienanda absque licentia pag. 70 . neque ultra triennium locanda . Ibidem , & pag. 71 . nec Con sanguineis intra tertium gradum . Ibidem . Vide Empluteuses . Vide Inuentarium . Vide pœcunia . Vide pœna .
Blasphemia est crimen execrabile pag. 7 . Punitur à Deo , etiam in Vita præfenti . Ibidem Blasphemi denunciandi sunt . Ibidem . Non absoluedi , nisi imposta grauissima pœnitentia . Ibidem . Vide Domini . Vide Indulgentia . Vide parentes . Vide pœna .

C

Campana in Missa Sabbathi sancti , quando pullanda , pag. 27 .
Canonici Diuina peragentes , vtantur veste talari & superpelliceo , pag. 19 . Deferant almutiam , tam in Ecclesia , quam in publicis Processionibus . Ibidem . Quomodo gerere se debent in Capitulo . Ibidem . Vide Epistola . Non celebrant

brent Missam , dum recitantur horæ Canonica pag. 21 . & non nisi statuto tempore . Ibidem , & quomodo se habere debent in Choro . Ibidem , & pag. 18 . Curam Animarum habentes , dum sunt in actuali exercitio Curæ reputantur vti præfentes in Choro , pag. 21 . sed non , qui voluntarie occupantur in administratione Sacramentorum . Ibidem . Ægroti alias aslueti assistere Choro participant distributionibus . Ibidem , sed non punctaturis post duos menses ægitudinis . Ibidem . In festiuitatibus primæ Classis non impediti , celebrent in propria Ecclesia pag. 25 .
Capitulorum Camerarij non arbitrentur de bonis ad Capitulum spectantibus inconsultis Capitulis , pag. 72 .
Calus reservati , pag. 48 .
Clerici adiuent Curatos , quando edocent Doctrinam Christianam pag. 6 .
Clerici nomen , vita , habitus , & Tonfura , pag. 28 . à quibus Clerici abstinere debent . Ibidem pag. 29 . 30 . Assistant seruitio Ecclesiæ , in qua sunt adscripti . pag. 31 . Non dimittant habitum . Ibidem Clerici , Concubinarij , & eorum pœnæ , pag. 85 . 86 . Vide quærela ,
Concio de die semper habenda , pag. 9 . Vide femina , Vide Sacerdos .
Concionatores quotidie prædicent in quadragesima pag. 8 . 9 . A quibus abstinere debent . Ibidem . Emittant professionem fidei , pag. 4 .
Cœmeteria religiosè custodienda , pag. 68 .
Compatres qui , & quot in Sacramento Baptismi , pag. 35 . In Sacramento Confirmationis , pag. 38 .
Cognatio Spiritualis in Sacramento Baptismi , pag. 35 . In Sacramento Confirmationis pag. 38 .

Clerus ubi congregandus pro associatione Cadaverum pag. 67.
Confessarij in administratione Sacramenti penitentiae, à quo moueri, & à quibus abstinere debent, pag. 46. Non absoluant illos, qui peccatum, aut occasionem peccati derelinquere negligunt, pag. 47. Nec Infirmos, qui non dederint signa penitentiae. Ibidem. Nec à castris reſeruatis. Ibidem pag. 48. sub pœnis contentis in decretis Sacrae Congregationis, pag. 49. seruent inuiolabiliter sigillum confessionis, pag. 47.
Confessionales Sedes disponantur in locis apertis, pag. 46. Quae affigenda in ipsis. Ibidem, & pag. 47.
Concubinariorum pœnae, pag. 85. 86.
Confirmationis Sacramentum deuotè suscipiendum, pag. 37. Eius effectus ibidem. Administrationis tempus à Parochis prius promulgandum. Ibidem. Aetas ad illud suscipiendum. Ibidem.
Confraternitatum certi actus, & obligationes pag. 79.
Confratres quomodo in ipsis recipiendi. Ibidem. A quibus abstinere debent ibidem, pag. 80. & quid obseruare. Ibidem. Officiales quomodo eligendi, & in possessionem Officiorum immitendi. Ibidem, & qui non eligendi. Ibidem. Reddant rationem suae administrationis pag. 81. Libri, & quid in ipsis adnotandum pag. 80. Eleemosinae quomodo custodiendae pag. 81. Bona quomodo locanda. Ibidem, & pecuniae conseruandae. Ibidem Confratrum sepultura. Ibidem.
Curati sciant necessaria ad administrationem Sacramentorum, pag. 32.

Cu-

Curiae Episcopalis Ministri circa lites, & causas, pag. 88. praesertim mercedum, & alimentorum. Ibidem. Notarij, & Cancellarius. Ibidem.

D

DEnunciationes Matrimonij cōtrahendi inter illos, qui sunt diuersarum Parochiarum pag. 55. Diuersarum Diœcesum ibid. Inter exteros. 56. non dimittendae absque licentia. 55.
Doctrina Christiana à Parochis edocenda. pag. 5. pro Puellis erudiendis p̄e foeminae disponendae ibid. Vide Clerici, Vide Parochi.
Domini non patiantur domi seruos blasphemantes pag. 7.

E

Eccliesiarum cultus, & honor pag. 63. à quibus abstinendum in ipsis ibid. 64. & 65. & in atrijs ipsarum 19. quomodo conuersandum 63. Ianuae quo tempore aperiendae, & claudendae 64. à fundamentis non aedificandae absque licentia ibid. dirutae non conuertendae in vsus sordidos 65. Ecclesiarum, quae non habent Archiuium inuentaria, & caeterae scripturae transmittendae ad Archiuium Cathedralis 89. supellectilia non alio asportanda, seu commodanda absque licentia 72. Vide bona. Vide Mulieres. Vide recognitio.
Emphiteuses perpetuae bonorum Ecclesiarum non fiant ultra tres generationes pag. 71. deuolutae ad Ecclesiam denuncientur. 72.

Epi-

Epistolæ ad Capitulum directæ legantur in Capitulo pag. 19.

Eucharistię Sacramenti dignitas. pag. 39. effectus 41. non accedendum ad ipsum cum peccato 39. quibus negandum ibid. quo tempore suscipiendum ex præcepto ibid. diligentia à Parochis adhibenda, vt quilibet communicet in Paschate ibid. pro absentibus eo tempore in eorum reditu. Ibid. Adolescentes antequam primo accedant ad ipsum de quibus instruendi. Ibid. & 41. ad eius frequentiam hortandi fideles, & à quibus ibid. Quo ritu, & reuerentia deferendum ad infirmos in Ciuitate, vel Oppidis 42. extra ad rura 43. associandum ab omnibus, qui illud obuiam habuerint 42. non deferendum non ieiunis nisi in necessitate 43. post quot dies renouandum ibid. Qua diligentia reponendum in Cœna Domini ibid. exponendum per totam Diœcesim in vltimis tribus diebus bacchanalium pro oratione quadraginta horarum, & qua decentia, & religiositate 43. & 44. Qui singulis horis assistere debent, & quo ordine ibid. Indulgentia plenaria pro interessentibus à Parochis promulganda. ibid. Lampas ante ipsum semper ardeat ibid. Vide Regulares. Vide Tabernaculum. Vide Indulgentia.

Examinat ores Synodales iuramentum præstent pag. 91. iuramenti formula ibid. non præmoneant examinandos ibid. nec aliquid occasione examinis accipiant ab iisdem ibid. Examinatorum Cathalogus 93.

Examinandi ad Beneficium Ecclesiasticum qualitates perquirendæ. pag. 91.

Exorcistatus Officium absq; licentia nullus exerceat. pag. 53.

Extremæ Vnctionis effectus pag. 50. quo ritu Sacra-

cramentum hoc infirmis administrandum 51. quo tempore ibid. Quibus administrandum, & quibus non ibid. Vide Oleum Sanctum.

F

Fidei encomia pag. 1. ab eius professione incipit Synodus. Ibid. professionis forma ibid. à quibus emittenda. 4.

Festorum dierum cultus pag. 14. auditio sacri in illis ibid. à quibus abstinendum in iisdem. Ibid. & pag. 15. Vide Iudices Laici. Vide ludere. Vide Officinæ. Vide Vicarij Foranei.

Filij familias hortandi sunt ne contrahant Matrimonium inconsultis parentibus pag. 56.

Fœminæ à maribus quantum fieri potest separatæ maneat in Ecclesia 63. præsertim dum habeatur concio. 9. Vide Mulieres. Vide Hospitalia.

Fruentarij Montis frumentum sine scœnore, & cum charitate mutuandum 84. quo tempore. Ibid. & quo tempore exigendum ibid. Morosi in restitutione ibid. Administratores non confirmandi ultra triennium ibid. rationem reddant administrationis. ibid.

Forus Episcopalis. Vide Curia Episcopalis. Vide pauperum causæ.

G

Gratia confertur in Sacramento Matrimonij. 54. Vide Sacramenta. Vide cuiuslibet Sacramenti effectus.

Ho-

H

HOræ canonica, & Officia Diuina qua deuotione perfoluenda 17. 18. quomodo verſandum in acceſſu ad Chorum, in Choro, & reſſu à Choro, & à quibus abſtinendum in eodem ibid. 19. 21. ad horas canonicas qui teneantur ibid.

Hospitalium Officiales circa pauperes, & inſirmos 82. 83. Inuentarium conſtituant. Ibid. non protrahatur eorum Officium vltra triennium ibid. non patiantur mares ſimul commorari cum ſceminis. Ibid. in Hoſpitalibus quanto tempore commorari poſſint Peregrini non inſirmi. Ibid. non recipiantur homines vagi. Ibid. adſit liber, & quid in ipſo adnotandum. ibid.

Hospitalarij qualitates. 82. à quibus abſtinere debet ibid. quomodo ſe debet gerere cum inſirmis. ibid. & pag. 83.

I

Ieiunij effectus pag. 16. præſertim ſi iungatur cum ieiunio ſpirituali 17. obſeruandum ſtatutis ab Eccleſia temporibus 16. annunciandum à Párochis ibid. ieiuniorum tempore non vendantur cibi vetiti. Ibid. niſi pro Infirmorum uſu, & quomodo ibid. Vide Medicus. Vide licentia.

Imagines in Eccleſijs quomodo pingendæ, ſeu ſculpendæ 11. quæ in iſdem non exponendæ ibid. quæ in domibus, & cubiculis retinendæ, & quæ non 12. Vide Rudes.

In-

Indulgentiæ à quibus acquirantur 13. nouæ non promulgentur abſque licentia. ibid. Nota omnium Indulgentiarum propriæ Eccleſiæ à Reſtoribus exhibenda. Ibid. Vide Reſtores Indulgentia pro denunciatis blaſphemos. 9. pro proſociantibus Sanctiſſ. Sacramentum dum deferretur ad inſirmos. 42.

Inuentarium, & aliæ ſcripturæ bonorum Eccleſiarum ſucceſſori gratis conſignandæ ab Hæredibus mortui beneficiati. 71. 72.

Iudices Laici non concedant licentiam ad opus ſeruile in diebus feſtis, nec procedant contra eos, qui obtinuerunt ab Ordinario. 15. Iudices Synodales. 94. & 95.

L

Lenorum pœnæ 86.

Licentia comedendi cibos vetitos in quadragefima, à quibus ſubſignanda. 16.

Ludere in plateis, & publicis vijs, quo tempore vetitum. 15.

Ludimagiſtri tenentur emittere profeſſionem fidei. 4. & inſtruere diſcipulos in Rudimentis fidei ſemel in hebdomada. 6.

M

Matrimonij Sacramentum cuius vnionis eſt ſignum 54. eius effectus ibid. libertas 56. pœnæ contra agentes in illam ibid. Summa reuerentia celebrandum 54. quo loco, & tempore 57. non eadem die, qua facta eſt vltima denunciatio 55. non conſumandum niſi à con-

††

ſef-

Parochi non admittant ad Sacramentum Matrimonij, & ad Officiu[m] Patrini in Sacramento Baptismi negligentes addiscere rudimenta fidei pag. 5. hortentur Genitores, & paternos, vt filios bene viuere curent. ibid. etsi contempserint denuncient. ibid. Parochorum diligentia cum rudibus; & in Campestribus degentibus. Ibidem Onus quam graue. 58.

Parochi tenentur prædicare singulis Dominicis, & diebus festis. 8. & 58. Sæpius in quadragesima 8. neminem in prædicatione nominatim insectentur ibid. Impediti prædicent per alios. ibid. Impediti prædicent per alios. ibid. & vim Sacramentorum explicent. 58. Ieiunia, & dies festos annuncient. ibid. Infirmis, & miserabilibus personis, maxime Viduis, & Virginibus subueniant ibid. & 59. Sacramenta administrent per se ipsos, & quibus. ibid. & 61. Claues Sacramentorum, & Sacramentalium apud se retineant 59. In Parochia resideant. 60. & ab eadem non absint vltra duos dies absque licentia ibid. Quos libros habere debent; & quid in ipsis adnotare 61. Publicos peccatores, & inimicitias in sua Parochia non permittant. ibid. cantum addiscant, & Casuum conscientiarum Congregationes frequentent. ibid. 62. Affectum nimium erga parentes deponant. ibid. Ecclesiarum suarum inuigilent. ibid. qualibet prima Dominica mensis insinuent Summarium Bullæ Pij V. contra blasphemos. 7. & quolibet anno censuras Bullæ Cœnæ Domini contra vsurpantes bona Ecclesiarum. 72. Ita frequenter celebrent, vt suo muneri satisfaciant. 25.

Parocho infirmo vicinior curatus Sacramenta administret. 61. Vide Ægroti. Vide Doctrinam Christianam. Vide Curati. Vide Eucharistiæ Sa-

cramentum. Vide pœna. Vide Sponsi.
Pauperum, & miserabilium personarum causæ, citò terminandæ. 88.
Pœcunia de bonis Ecclesiæ ad ipsam perueniens, cui consignanda, & quibus diligentis restituenda. 71. non conuertenda in proprios vsus, aut Consanguineorum. Ibid. pœna in controuenientes. Ibid.
Pœnæ contra Parochos negligentes in docenda doctrina Christiana. 6. Contra Parochos, quorum culpa aliquis absque Sacramentis decessit è vita. 59. Contra Parochos non residentes. 60.
Pœnæ contra Reliquias auferentes i. contra Usurpantes bona Ecclesiarum. 70. Contra Notarios occultantes, seu non deferentes Pia legata facta Ecclesijs. 72. Contra impediens aliquem, ne eadem legata faciat ibid. & 73. Contra cogentes mulierem ingredi religionem, vel impediens ne ingrediatur 77. contra non denunciantes blasphemos. 7.
Pœnitentiæ Sacramenti effectus, & frequentia. 45. à quibus, & qua animi puritate administrandâ. Ibid. qua prudentia, & circumspectione. ibid. Quibus medijs inducendi pœnitentes ad dolendum de peccatis. 46. Vide Confessarij. Vide Mulieres
Presbyteri beneficiati non diu absint à Ciuitate, vel ab Oppidis absque licentia. 30.
Præsentati ad Beneficiu[m] iuramentum præstandum. 92.
Punctatores eligantur tam in Cathedrali, quam in Collegiatis. 20. iuramentum præstent ibid. forma iuramenti. Ibid. Officiu[m] Punctatoris, ibid. & 21.

festis, & sacra communione refectis 54. nec differendum ultra duos Menses post denunciations ibid. & quid agendum si deferatur aliquod impedimentum etiam falsum. 55. secunda Matrimonia ibid. inter exteros. 56. non celebranda solemnitates temporibus prohibitis. 57. Vide denunciations. Vide filij familias.

Medici edoceant de emissionem professionis fidei in susceptione doctoratus. 4. iurent obseruantiam Bullae Pij V. ibid. non concedant facile licentiam pro esu carniuum temporibus prohibitis. 16. eorum obligationes in visitandis infirmis. 46.

Meretrices non habitent, propè Monasteria Monialium 77. nec in Cauponis, seu Tabernis 86. non vagentur de nocte ibid. nec puellas domi retineant ibid.

Miraculum si accidat statim denunciandum. 11.

Missae sacrificium admirabile, & Diuinum 23. eius effectus. ibid. Maxima animi puritate, & quo ritu, ac preparatione peragendum ibid. & 24. non incipiatur nisi preparatis omnibus necessarijs ibid. Verba Canonis distinctè legenda ibidem.

Quo tempore Missa celebranda 26. qua deuotione audienda, & a quo abstinendum dum auditur 27. In Anniuersario electionis, seu consecrationis Episcopi. 26. In morte cuiuslibet Sacerdotis ibid. pro omnibus defunctis quo die cantanda ibid. In Missis nouis celebrandis, quae obseruanda, & quae vitanda 27. pro reductione Missarum recurrendum ad Sedem Apostolicam. 26. Vide Anniuersarium. Vide Canonici. Vide Mulieres. Vide Vestimenta.

Monialium obligationes. 75. Confessarius ibid. ingressus eiusdem in Monasterium. ibid. & 76. allocutio eiusdem cum Monialibus ibid. fenestella

stella pro communione. Ibid. & Confessionalis. ibid. & 77. Procurator ibid. libri ibid. Clausura. ibid. Pecuniae ad Monasterium quomodocumque prouenientes ibid. & 78. Vide Meretrices. Vide Pæne.

Mulieres dum celebratur Missa non accedant propè Altare 27. separatae sint à viris in Ecclesia. 63. non admittantur simul cum viris ad Cappellas subterraneas. 65. Mulieris infirmæ confessio excipienda in cubiculo ianua patenti. 46.

N

Nominatio Concionatoris à quibus habetur ius nominandi quo tempore fienda. 9.
Nomina Sanctorum imponantur in baptismo. 35.

O

Obstetrices examinanda. 35.
Officinae non aperiendae in diebus festis. 15.
Oleum Sanctum qua decentia custodiendum. 50. quo loco, ibid. quo ritu deferendum ad infirmos. ibid. non deferatur à laicis. ibid. nec relinquatur in eorum ædibus. 51. Vide Vasculum.
Orandum pro defunctis. 67.
Ordinis Sacramentum susceperunt qualitates, & finis. 52. pro sacris Ordinibus spiritualia exercitia, & fides necessaria. 53. iuramentum. ibidem.

P

Paramenta Altaris sint pura, & munda. 25.
Parentes obiurgent filios blasphemantes. 7.

Q Verelæ contra Clericos, coram quibus, & qua ratione faciendæ. 30.

R Ecognitio corporis delicti non faciendæ in Ecclesijs 66. & 67. Poena in contravenientes. Ibid.

Rectores exhibeant Breuia, & Autenticas concessionem omnium Indulgentiarum propria Ecclesiæ. 13.

Regulares non sint Complices in Sacramento Baptismi. 35. neque confirmationis 38. Non exponant solemniter absque licentia Sacramentum Eucharistiæ. 44. Non deferant Cadavera sepelienda, nisi vocato Parocho. 67. Non audiant secularium Confessiones non approbati. 73. Non absoluant à casibus reservatis ibid. & 48. & 49. nec alterius Diœcesis accedentes ad eos in fraudem reservationis. 74.

Reliquiæ cum maxima veneratione tractandæ. 10. quomodo conseruandæ. ibid. non approbatæ, non exponendæ, nec frequenter. Ibid. non deferendæ ad Domos Laicorum ibid. neque à Laicis tangendæ, aut propter lucrum exponendæ. 11. Vide poena.

Reliquiaria pro conseruatione Reliquiarum ubi non adsunt, citò conficienda. 11.

Rescriptum obtinentium tempus ad exhibendum. 88.

Restitutiõ cui faciendæ. 46.

Ru-

Rudes in adoratione Sacramentum Imaginum quomodo instruendi. 12.

Sacerdotes promouere debent opus doctrinæ Christianæ. 6. & celebrare omnibus Dominicis, & diebus festis. 25. quibus in locis celebrare prohibentur, & coram quibus ibid. & quo tempore 9. Sacerdotis exteri dimissoria recognoscendæ, & à quibus. 25.

Sacramenta cum peccato non ministranda. 32. Sed omnino gratis 33. cum deuotione percipiendæ 32. quæ in Ecclesijs ministranda 33. Vide quodlibet Sacramentum in particulari.

Sacrificiæ, & eorum quæ in ipsa asseruantur munditia 24. & 25. nihil profanum in ea tractandum. 19. Sed Silentium obseruandum 24. Tabella, & libri 25. & quid describendum in istis ibid.

Sepultura Ecclesiastica quibus neganda 66. & 68. non permittantur sepulchra cum Cadaverum ossis, & cineribus sub Altaribus 66. Sepultura puerorum 68. infantium morientium absque baptismo ibid. Sepulturam non eligentium ibid. in sepeliendis cadaveribus nihil paciscendum 68. pauperes gratis sepeliendi 67. & quid circa aduenas, & peregrinos ibid. Vide Confratres.

Sponsi non conuerfentur simul ante Matrimonij celebrationem 54. peenæ in contrafacientes. ibid. in consumantes ibid. in Parochos diffimulantes ibid.

Synodi decreta ab omnibus, ad quos pertinet excipiendæ, & adimplendæ. 90. commutationis, & declarationis poenarum reservatio ibid. Vide Indices.

Ta-

T

TAbernaculum Sanctiss. Sacram. debet esse bene clausum, & decenter ornatum 42. in eo sint duæ Pyxides 43. intus nec super, nec subter aliquid reponendum præter Sacramentum. Ibid.

V

VAsculum sacri Olei Infirmorum, & aliorum qua materia debet esse compactum. 50. quibus verbis inscriptum. Ibid.

Vestimenta sacra, & alia requisita ad Sacrificium Missæ. 14.

Vicarij Foranei non concedant licentiam ad opus feruile in diebus festis nisi necessitate coactis. 14.

Vsura non permittenda. 87.

Vsurarij tenentur ad restitutionem. Ibid. alias non absoluantur. Ibid. Vide Euchæistiæ Sacramentum quibus negandum. Vide Sepultura quibus neganda.

De



De Fide, & eius Professione emittenda.

C A P. I.



APROFESIONE a Fidei, b quæ est omnis iustificacionis fundamentum, c in Terris Ecclesiam constituens, Nobis ad Cælos aditum referans, d quæ corde creditur ad iustitiam (vt ait Apostolus) ore autem confessio fit ad salutem, iuxta præscriptum Bullæ e sël. rec. Pij IV. dicecesanam, hanc primam nostram Sutrinensem Synodum merito statuimus inchoandam: eiusdem autem faciendæ professionis fidei in eadem Bulla notatus modus est, qui sequitur.

^a Conc. Trid. sess. 3 & sess. 25, cap. 2.
^b Conc. Trid. sess. 6. cap. 8.
^c C. legimus dist. 93. circa medium, & c. loquitur 24. q. 1.
^d ad Rom. 10.
^e Constit. 89. Incip. iniunctum nobis &c.

Forma Professionis Fidei.

EGO N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur vide. Iacet. Credo in vnum Deum Patrem Omnipotentem, Factorem Cæli, & Terræ, visibilium

A om-

omnium, & inuisibilem; Et in vnum Dominum, Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia secula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Caelis, & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & Homo factus est; Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est; & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in Caelum, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos; cuius Regni non erit finis: & in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre filioque procedit, qui cum Patre, & filio simul adoratur, & conglorificatur; qui loquutus est per Prophetas: & vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum; & expecto resurrectionem mortuorum; & vitam venturi seculi. Amen.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquaque eiusdem Ecclesie obseruationes, & Constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam vnquam, nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere, & proprie Sacramenta nouae Legis a Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria: scilicet Baptismum, confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre; & ex his Baptismum, confirmationem, & ordinem sine sacrilegio reite-

rari

rari non posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesie Catholice Ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemnibus administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula, quae de peccato originali, & de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deum verum, proprium, & propitiatorium sacrificium, pro viuis, & defunctis: atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem vna cum Anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiae panis in Corpus, & totius substantiae Viri in sanguinem; quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum, atque integrum carnitum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, Animasque ibi detentas fidelium suffragijs iuari: similiter, & Sanctos, vna cum Christo regnantes, venerandos, atque inuocandos esse; eosque orationes Deo pro nobis offerre; atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero Immagines Christi, ac Deparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnosco. Romanoque Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis, Successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro. Cætera item omnia a Sacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac præcipue, a Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, at-

A 2

que

que profiteor; simulque contraria omnia, atque Hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & Anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extrâ quam nemo saluus esse potest, quam in præsentî sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam vsque ad extremum vitæ spiritum constantissimè (Deo adiuuante) retinere, & conseruari, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro; sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Hanc fidei professionem non solum coram Nobis, vel nostro Vicario Generali, sed etiam in Capitulo prouinciali, & omnibus de Canonatibus, & dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis emittere teneantur, sicuti etiam tenentur cæteri obtinentes dignitates, & Canonatus in Collegiatis per totam Diocesim; alias meminerint se fructus suos non facere, atque eis captam possessionem minimè suffragari.

Concionatores similiter, tam g sæculares, quam Regulares, licet in Ecclesijs sui ordinis prædicauerint; Sacerdotes, vel ad curam animarum, vel ad Monialium confessiones audiendas addicti, necnon Vicarij foranei, Ludimagistri, Librorum Impressores ad eandem fidei professionem tenentur; medicam, verò artem exercentes, si ostenderint tempore susceptionis gradus eam emisisse, ad iuramentum iuxta h Bullas Pij V. obseruandum, omninò teneantur.

f Conc. Trid. sess. 24. cap. 12.

g Ex decr. Sac. Congreg. Pius V. apud Barbosa ad capit. 12. sess. 24. & ad capit. 2. sess. 25. Pius IV. Constit. 88. incip. Sac. ofarcta C6c. Trid. cit.

h Const. 3. incip. Super gregem. 86c.

De Doctrina Christiana :

C A P. I I.

Cum autem fides (quam corde, & ore profitemur a, & sine qua impossibile est placere Deo) viua, b & operans esse debeat, vnde iustitia, & salus ipsi tribuitur: Idcirco præcipimus omnibus c Parochis, tam in Ciuitate, quam extrâ in Oppidis nostræ Diocesis, vt singulis Dominicis diebus per horas meridianas, campanæ, & campanulæ particularis pulsatione; Pueros, & puellas (qui sedes d distinctas habeant) in suas quisque Parochias inuident, & conuocent, ibique eos doctrinam Christianam edoceant, & in Cathedris Romano omni charitate, qua possunt erudiant, ipsque de signo nostræ Redemptionis quomodo fiat, & quid per ipsum significetur, ac de recitatione orationis Dominicæ salutationis Angelicæ, Symboli Apostolici, & Decem Mandatorum Decalogi, quomodo intelligantur, patienter præcepta tradant; deinde debitam parentibus obedientiam, reuerentiamque præstare iniungant.

Itidem Parochis mandamus e ne ad contrahendum matrimonium, & ad 6 patrini officium in Sacramento Baptismi admittant eos, qui saltim orationem Dominicam, & Symbolum Apostolorum, vt supra nesciunt, & addiscere contemnunt: & in qualibet die Dominica f Patris, ac genitoribus suadeant, vt filios ad Ecclesias mittant pro discendis fidei rudimentis, qua hora doctrina docetur Christiana; necnon vt eosdem filios g modeste, & in Dei timore viuere curent. Eos autem i, qui id præ-

a ad Hebræos 17.
b Epistola Iacobi capit. 2.

c Conc. Trid. sess. 24. cap. 4. de reformatione cap. vt quisque de vita, & honest. Clericorum.

d Arg. Conc. Mediol. 1. par. 1. de prædicatione Verbi Dei.

e Cong. Episc. 3. Maij 1588.
6. arg. c. vos ante de cons. dist. 4.

f Cap. vt quisque relac. arg. c. legant. dist. 37. & c. non putes 23. quest. 5. g Lib. 4. Constit. Apost. c. 10. Conc. Arelat. 4. cap. 10.

præstare contempserint, ipsimet Parochi Nobis reuelare teneantur, vt opportuna adhibeamus remedia.

Summoperè Parochis est inuigilandum, vt in aliqua schedula nomina omnium rudium conscribant, & præsertim illorum, qui in Campetribus, vt in plurimum solent ducere vitam, & semel saltim in quolibet mense, eos ad se vocando, ita erudiant, vt ad minus substantialia Doctrinæ Christianæ, & partes Sacramenti Pœnitentiæ, contritionem scilicet, confessionem, ac satisfactionem, earumque circumstantias pro validitate Sacramenti addiscant.

h Leo X. Const. 7. incip. *super* n. Ludimagistri *h* ex decreto Concilij Lateranensis, & Leonis X. præter scientias, & officia pietatis in Christianis dogmatibus vna vice in qualibet hebdomada suos discipulos instruant, eisque, vt quotidie assistant Sacrosancto Miltæ Sacrificio, iniungant.

i Cap. vt quisque supra relat. Curatos, hæc munia charitatis exercentes in suis Ecclesijs, *i* Clerici alternatiuè si plures sint adiuuare teneantur; & si id facere renuerint, ad superiores ordines non promouendos se fore sciant.

Cæteros verò omnes, & præsertim Sacerdotes, memores se assequos in aula Dei nomen, & officium, cuius est, *k* non solum ministrare sacra, sed etiam docere, vt tantæ pietatis opus pro sua quisque habilitate promouere velit, enixe hortamur: & commendabile quidem esset, pias quoque fœminas, quæ sint in habitu sancto (vt *l* ait Apostolus) bene docentes; vt prudentiam doceant adolescentulas, in erudiendis Puellis ad hæc sancta exercitia disponere.

Si absque legitima causa per duas vices doctrinam Christianam statutis diebus docere omiserint, pœnam solutionis decem scutorum incurrere notum sit omnibus *m* curam animarum gerentibus, si verò vltra tres vices pœnam suspensionis à diuinis ipso facto nobis, ac Vicario nostro Generali referuatam.

De

De Blasphemis.

CAP. III.

Quam a execrabile sit, & perniciosum crimen Blasphemiæ, ea quæ in Mundum calamitosè irruerunt mala enunciant: nam Deus in hac vita etiam solet hanc iniuriam vindicare: horrendum est *b* autem (inquit Apostolus) incidere in manus Dei viuentis *c* itaque Parentes filios, Domini verò seruos blasphemantes grauius obiurgent, & è domo eijctant, ne ipsi *d* tanti sceleris tolerantia Diuinæ Maiestatis læsæ rei efficiantur.

Quisque certo sciens aliquem blasphemasse sub excommunicationis pœna *e* teneatur ipsos blasphematores intra decem dies Nobis denunciare; & denunciante iuxta decretum *f* Concilij Lateranensis decem annorum indulgentiam consequentur.

Parochi qualibet prima Dominica Mensis Summarium Bullæ Pij V. *g* contra Blasphemos Populis sibi commissis insinuare curent, & huiusmodi crimen quam periculosum, & detestabile sit, iterum, atque iterum indicare.

Contestarij caueant eos absoluere, & præcipuè recidiuos, nisi imposita *h* prius grauisima pœnitentia.

a Pius V. Const. 5. incip. cum primum.

b Hebræos 10. *c* Cap. non putēs 23. quæst. 5.

d C. error dist. 83. cap. facientis dist. 85. cap. negligere

e 2. quæst. 7. cap. præterea 23. quæst. 8.

f Decr. Cong. S. Off. 10. Martij: 1666.

g Leo X. Constic. 7. incip. Super n.

h Const. 5. Incip. Cum primum.

i Leo X. in res. Const.



De

De Concionatoribus.

C A P. I V.

Bonum peculiare est in Ecclesia sacrum ministerium prædicandi verbum Dei, cum sit ^a ignis ille in Altari semper ardens: quare unusquisque Parochus, & alij curam animarum habentes, huiusmodi bonum augeant prædicando prius optimis, ^b & præclaris vite exemplis, atque ^c virtutum operibus, deinde in singulis diebus Dominicis, alijsque festis in Quadragesima verò sæpius oves sibi committas salutari doctrinæ tamquàm pabulo enutrient, atque à terrenis cogitationibus ad celestium rerum amorem reuocabunt; deprauatos populi mores, & crimina, quæ frequentius perpetrantur, corrigent; vicia omnia generatim, & multò magis fortilegia, & alias magicas artes, blasphemias, periuria, detractiones, præsertim contra Ecclesiasticos redarguere vehementius studentes.

Caveant, ne aliquem ^d nominatim insectentur, vel ita verbis circumscribant, ut de quo loquantur, facile possit Populus animaduertere, sed pie fidelium corda ad virtutes incendant, eosque in Dei timore instituant. Quod si interdum legitime impediti munus huiusmodi præstare nequiverint ^e ut per alios idoneos Ministros sua plebs salutaribus verbis instruat, curare non desinent, ita ut dictis Dominicis, alijsque diebus festis Sancti Euangelij expositis nunquam prætermittatur.

Quotidiè ^f per verbi Dei Prædicatores quadragesimali tempore fideles doctrina sana pascantur, & ad

ad opportuna salutis capeffenda, ad opera pietatis incitata, ad peccatorum illecebras euitandas, toto animo excitentur.

Isdem vetitum sit, ^g quæstionibus inutilibus, & fabulosis, difficultibus, ac diuturnis sermonibus Auditorum animos occupare, & omninò ab historijs Apochrijs, vel à miraculorum non approbatorum narratione absteineant, quod erit quoque, obseruandam à regularibus Concionatoribus, etiamsi prædicent in Ecclesijs suorum ordinum nostræ Diœcesis.

Curent insuper ex toto corde, non se ipsos ^h, sed Christum prædicare idest non propriam, sed Dei gloriam, & animarum salutem quærere: etenim sermo Diuinus teste Apostolo, ⁱ non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis consistere debet.

Diurno tempore, non ^k autem noctu semper Dei verbum prædicetur: & Passio Domini nostri feria sexta in Parasceue lucescente die vbique recolatur.

Prouideant Parochi, ut Concionibus scemine seorsim ^l à maribus intersint, itaut saltim aliqua tela proportionatè eleuata separentur.

Nullus Sacerdos in Ecclesia, dum in ea sit Concio, ^m audeat Missam celebrare.

Quibus est Ius Concionatores nominandi pro Quadragesima, id faciant antè solemnitatem Natiuitatis Domini nostri; secus sciant ⁿ pro illo anno eodem iure se amplius vti non posse, sed electo ad Nos liberè spectabit.



B De

^g Can. sanè dist. 45. Conc. Trid. mox. rel. Concil. Colon. 2. par. 6. c. 13. Conc. Treuer. cap. 4. Conc. Senonen. in decret. morum cap. 35. & 40. Conc. Mediolan. 1. tit. de prædicatione Verbi Dei. ^h Pau. 2. ad Corinth. cap. 4. ⁱ 1. Ad Corinth. c. 1.

^k Conc. Mediolan. 1. par. 1. tit. de prædicatione Verbi Dei.

^l Conc. Mediol. loco cit.

^m Con. Colonien 3. par. 2. tit. censuræ. Conc. Mediol. relac. ⁿ S. Cong. Episc. in vna Roman. 10. Decembris. 1592. & S. Cong. Conc. 11. Martij 1634. & in vna Ciuitatis Pæbis 1640.

^a Leuit. cap. 6.

^b Greg. lib. 30. Moral. c. 5 & par. 2. pastor. c. 4. ^c Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4.

^d Conc. Lateran. 1. sess. 11. constit. 1. Conc. Treuer. c. 4. Conc. Mediol. 4. part. 1. tit. de Verbi Dei prædicatione D. Bonau. in Apolog. par. 1. quest. 2. ^e Conc. Trid. rel. sess. 24. cap. 4.

^f Conc. Trid. loc. cit.

De Reliquijs, & veneratione Sanctorum.

C A P. V.

Quoniam Sanctorum Corpora, Cineres, & ossa Ecclesia à Spiritu Sancto edocta, tâquam Sacra Pignora ^a semper cum reuerentia tractauit, conseruari voluit, & cum veneratione coli (pretiosa ^b est enim in conspectu Domini mors Sanctorum eius) vt ijs à fidelibus debitus honor, & cultus exhibeatur, statuimus Reliquias in ^c locis honestissimis, & decoris vasculis conseruari: neque Populis ad venerationem exponantur nisi à Nobis ^d aliquando fuerint approbatę: idque non fiat frequenter, sed in præcipuis Festiuitatibus, & iuxta Sacrę Congregationis Rituum Decretum pię, ac deuotę portentur accensis luminaribus à Sacerdote superpelliceo, ac Stola induto.

Cauent Parochi, ceterique Sacerdotes, & Clerici, ^e ne quauis occasione, aut pretextu etiam infirmitatis, absque nostra, seu Vicarij Generalis nostri licentia, Reliquias præfatas ad Domos profanas deferant; si fecus fecerint penam nostro arbitrio reſeruatam se sciant incurriſſe.

Si aliqua nostrę Diœcesis Ecclesia Reliquias habeat, vt supra approbatas absque decenti Reliquiario, quod sit saltim ex ligno deaurato cum

Chi-

^a Conc. Trid. sess. 25. de inuocat. vener. & Reliq. Sanctorum.
^b Pl. 115.

^c Conc. Mediol. 1. tit. de Sanctorum Reliquiarum veneratione.
^d Conc. Trid. cit.

^e Conc. Mediol. 5. apud Ganantū in manuali Episc. Verbo Reliquijs Sanctorum.

Cryſtallis, aut Vitris, inde à Fidelibus adorari, & conspici possint; Parochi, & alij, ad quos spectat, quamprimum Reliquiaria confici curent, vt in prima nostra vifitatione sanciuimus, quod si inſequenti eos negligentes inuenerimus, corrigere, & punire non omitemus.

Nemo audeat sub pena Excommunicationis Nobis reſeruatę, Reliquias aliquas, aut earum particulas auferre: neque Laicus ^f eas tangere; nec ullus eas exponere, ^g ex lucri cupiditate aliquid acciſiendo, præſumat.

Cum forte quid miraculoſi per Reliquias Sanctorum acciderit, Curati ^h nobis reuelare teneantur, vt vna cum Theologis euentus illos diſcutere possimus.

^f Conc. Colonia 2. par. 3. cap. 31.
^g Conc. Trid. & Conc. Mediol. 1. tit. cit. Conc. Mogunt. 4. c. 4. Greg. lib. 3. regeſt. epist. 30.
^h Conc. Trid. rel.

De Sacris Imaginibus.

C A P. V I.

VT Sacrarum Imaginum inſpectione venerationis, ac deuotio in aſpicientibus excitetur, præcipimus, ne ^a procaci venustate, aut vanitatem præferentes, pingantur, seu ſculpantur; sed quę pietatem, ac maiestatem iuxta Sacrorum Conciliorum Decreta, atque Ecclesię morem redoleant.

Inuigilent, itaque Parochi sub grauissimis penis arbitrio nostro, ne ^b Imagines Sanctorum insolite, sic etiam non benedictę, & à nobis prius non approbatę in Ecclesia collocentur.

^a Conc. Trid. sess. 25. de inuocat. & venerat. Sanct.
^b Conc. Mediolan. 1. tit. quę seruanda sunt in Sacris Imaginibus Urbani VIII. in append. 2. Const. 51. incip. Sacrosacta.
^c Conc. Trid. & Mediol. loc. cit.

B 2

Ru-

Conc. Senonen. in decretis morū cap. 40. Sac. Cōg. in vna Mediolanen. 11. Augulli 1628. apud Nicol. in flofc. Verb. Imago n. 6.
 c Pl. 113.
 d Greg. 1. lib. 7. ex regest. epist. 54. & lib. 9. epist. 9. Greg. 2. epist. 10. & 12. c. Venerabiles. de conf. dist. 3. Conc. Trid. rel. Conc. Nicēn. 2. act. 5. in fine. Conc. Senonen. in decr. morū capit. 14. Conc. Mogunt. 4. c. 42. e Cap. audiuius. de Reliq. & venerat. Sanctorum. Urbanns VIII. in Append. Const. 21. incip. Cœlestis. Cong. S. Off. 2. Octobris. 1625. f Cōc. Mediolan. 4. apud Gauan. in manua. Episc. Verbo. Imagines Sacre. num. 17. g Conc. Mediolan. 3. apud Gauant. cit. num. 18.

Rudes præterea instruantur, nè pias Imagines, tanquam Idola, e quæ os habent, & non loquentur, aures habent, & non audient (quomodò Ethnici Idolatræ coluerunt) concipere arbitrentur, d sed Deum, Sanctosque repræsentare, quibus honor, & veneratio impendi debet, & de Cælo hominibus auxilium præstare, procerto habeant.

Caveant fideles, Beatum aliquem venerari, quem Sancta Sedes e talem non declarauerit; vt ex Decreto Sanctissimæ Inquisitionis.

Omnes ex Nostro grege fideles quantum in Domino possumus, hortamur, vt in cubiculis, vbi quiescunt, f Sacram Imaginem Crucifixi, vel Beatissimæ Virginis, aut aliorum Sanctorum affixam teneant, coram qua orent, gratias agendo Deo de beneficijs acceptis: de patratris criminibus veniam petendo, & à pœnis, quas pro his merentur, vt semetipsos eripere velit, depræcando,

Simulquæ eos monemus, vt à domesticis g inhonestas picturas, & obscenas Imagines abijciant, nè Christianorum mentes scandalum patiantur.



De Indulgentijs.

C A P. V I I.

TVnc in Orbe hoc ærumnoso a dies adueniunt penitentiæ ad redimenda peccata, ad saluandas animas, quando ineffabilis Dei misericordia b Indulgentiarū b Extra. Vnigenitæ thesaurum fidelibus referat, in quo fructus ad hominum expiationem, quos Christi Domini, Deipatræ Virginis, ac Sanctorum merita vberrimè protulerunt, existunt.

Idcirco omnibus Parochis incumbat onus Oves sibi commissas docendi, hunc Sacrum Indulgentiarum Thesaurum non acquirere, nisi e quis contrito corde se ipsum præparare, cuncta scelera detestari, & Christiana opera exercere studeat.

Mandamus cuiuslibet Ecclesiæ D ceceffis nostræ Rectoꝝ, vt schedulam omnium Indulgentiarū conficiant, ac illam cum earum Breui, vel Authentica concessione Nobis exhibeant.

Et quia notum est Sanctam Sedem Apostolicam ad d Animarum salutem Indulgentias concedere, ideo ad euitandas quascumque turpis lucij e causas, damnationem æternam adducentes, sancimus neminem (licet sit Regularis) nouas Indulgentias absque nostra licentia promulgare posse; & qui id præstare renuerint, debita ad arbitrium nostrum, pœna corripantur.

a Breuiarium in Offic. Quad.

b Extra. Vnigenitæ. de pœni. 88. remiss.

c Extra. Antiquorum, & extra. Vnigenitæ. eod. tit. Leo X. Const. 40. incip. Exurge.

d Extra Vnigenitæ. tus rel.

e Clemen. Abusibus de penit. & remiss. Conc. Trid. sess. 21. cap. 9. de refoꝝ.



De Dierum Festo- rum obserua- tione .

CAP. VIII.

1. ad Corin. 6.

b Exod. 20. & 31.
Leuit. 19. & 26.
Deuter. 5. Pius V.
Const. 5. incip. cū
primū.
c. Missas de cōf.
dist. 3. c. pronun-
ciandum ead. dist.
cap. omnes, &c.
licet de ferijs Cōc.
Trid. sess. 25. de
Delectu ciborum,
ieiunijs, & diebus
festis Pius V. rel.
Const.

d Leo IV. homil.
de cura Pastoral.
Conc. Mediol. 1.
par. 2. tit. que per-
tinent ad celebra-
tionem Missę.
e. c. Irreligiosa
de Conf. dist. 3.
&c. qui die solem-
ni eod. tit. dist.
1. Conc. Africanū.

Festiuitates, quatenus sunt a tempus accep-
tabile, & dies salutis, vniuersi Christi fide-
les obstringuntur, sanctificare non solum
b ex præcepto Diuino; sed etiam eo tem-
pore, ex præcepto Ecclesie audiendo Missam, &
ab operibus seruilibus abstinendo: vtrumque inuiol-
labiliter in nostra Ciuitate, & Diocesi obseruari
decernentes; mandamus Parochis d perlapè mo-
nere Patresfamilias, vt non tantum filios, sed ser-
uos, & subditos ad debitum cultum Deo, Sanctis,
que exhibendum, & à seruili opere desistendum
hortentur, nec non ad audiendum Sacrosanctum
Missę Sacrificium singulis diebus Festiuis omni su-
blato impedimento inducant.

Moncant quoque ceteros fideles, esse pœnitus
absurdum Choreis, comestationibus, perniciosis
spectaculis, alijsque similibus in festiuitate e vacare,
ne ipsi quod etiam nimis deplorabile, eo tempore
quo possunt aquam vitę, & gratię salutaris de
fontibus Saluatoris haurire, in comestationibus,
& ebrietatibus, in rixis, & voluptatibus vitam du-
centes, in interitu eorum a Domino subsannentur.
Vicarii foranei sedulo f caueant licentiam con-
cedere his diebus ad opus seruile, nisi pura neces-
sitate

fitate f coactis: eos autem, qui notabili tempore in
Festiuitatibus seruilia exercent absque licentia,
pœnis quas in nostro Edicto de obseruatione Festo-
rum iniunximus, irremissibiliter mulcent: neque
permittant Iudices Laicos g se immiscere in simili-
bus licentijs tribuendis, vel temerè sibi arrogare,
contrà eos procedere, qui ad opera seruilia ab Or-
dinario licentiam habuerunt h, cum hoc a Sacra
Congregatione sit expressè vetitum.

i Nundinæ, & negociationes profane in die fe-
sto non fiant, neque venditiones, nisi rerum k co-
mestibilium; quę debilibus, aut Infirmis necessariae
sint, & solum sufficiant hominum victui illius diei
sub pœnis in Bulla Pij V. l contentis.

Officinarum Ianuę m clausę sint, & tantum
permitti potest portellam apertiri.

Prohibentur mercium n vecturę; at quę vectari
inceperint feriali die, non retardentur; inspecto
prius ex huiusmodi retardatione mercium detri-
mento.

Nemò audeat maximè his diebus ad o alearū,
& talorum ludum incumbere sub pœna duorum
seutorum auri pro vnaquaque vice nostro arbitrio
Pij locis applicandorum.

Iudiciorum strepitus p tunc fileat; & exequio-
nes reales, & personales minimè fiant non obstan-
te cuiusuis Personę instantia.

Quando Missa cantatur, aut Vespere celebra-
tur, & quando sit Doctrina Christiana, nemini in
publicis vijs, ac in Plateis q ludere liceat; cū
æquum sit, tunc iustitię charitatis, & Religionis
opera colere r in Diuinis Officijs, & Concionibus
audiendis præsto esse, atque in recolendis Dei be-
neficijs versari.

cap. 28. & Conc.
Mogunt. 4. c. 61.
f Arg. cap. licet,
& cap. Conquestus
de ferijs, c. tan-
ta dist. 86. Cong.
Concilij. 22. A-
prilis 1599.

g Conc. Narbon.
cap. 4. Conc. ver-
nen. cap. 14.

h S. Cong. Episc.
& regul. 19. Sep-
temb. 1611.

i Cap. Omnes de
ferijs Pius V. Con-
stit. rel.

k Conc. Mediol.
rel. apud Gauan.
cit. Verbo festi
dies. num. 22.

l Const. 5. cit.

m Conc. Medio-
lan. par. 1. tit. de
obseruat. fest.

n Arg. Const. rel.
Pij V.

o Arg. Conc. eli-
berit. c. 79. Conc.
Lateran. 4. c. 16. c.
Episcopus dist. 35.
l. Alearum C. de
Relig. & sumpt.
sue.

p C. nullus, & c.
placita. 15. quęst.
4. cap. omnes, &c.
c. conquestus rel.
Pius V. cit. Const.

q c. irreligiosa
de conf. dist. 3.

r Conc. Colonie
2. par. 9. cap. 9.

De Ieiunio.

CAP. IX.

Ieiunium corporale, à Deo institutum, ac Reparatoris nostri exemplo comprobatum, ordinatum ad reprimendas ^a concupiscentias carnis, ad subleuandam mentem in coelestium rerum contemplationem, & ad satisfaciendum pro peccatis, à fidelibus semetipsos exhibendo ^b in multa patientia, in ieiunijs multis, statutis ab Ecclesia temporibus, totis viribus ^c est obseruandum.

^a Basl. hom. de ieiun. vbi plures ieiunij virtutes enumerat.

^b Epist. 2. ad Corinth. 6.

^c c. Quadragesima, & c. ieiunia de conf. dist. 5.

^d c. pronuncian- dum de conf. dist. 5.

^e Conc. Rauenn. 2. sub Clem. V. c. 4.

^f c. denique dist. 4.

^g c. solent plures de conf. dist. 1.

^h c. ieiunia de conf. dist. 5.

ⁱ Arg. cap. ieiunia rel. & cap. consil. de obseruat. ieiun.

^j Conc. Mediol. 5. apud Gauan. in manuali Episc. Verbo Quadragesima num. 11.

^k S. Cong. in vna Hydrunt. 20. Augusti 1591. apud

Propterea curam animarum gerentes ieiuniorum tempora ^d Populis annuncient; ac moneant omnes, vt à cibis veritis ^e tunc se abstineant, ceteraque ieiunijs leges adimplere ^f studeant, nec easdem absque legitima causa ^g violare præsumant.

Medici non ita faciliter in Quadragesima pro esu carniū licentiam tribuant, ^h nisi bene prius inspecta necessitate; memores, quod qui gulæ indulgendo carnes ad vescendum conferunt, in extremo iudicio dentium stridore excruciantur.

Predicto ieiuniorum tempore vetiti cibi à nemine prorsus vendantur, nisi pro infirmorum vsu (sed in secreto ad euitanda scandala) ex causa, vt diximus à Physico approbanda, nec non ^k de nostro, seu Vicarij nostri licentia gratis subsignanda: in Oppidis verò vbi Medici consilium multoties haberi non potest, de Vicarij Foranei licentia simi-

similiter gratis, & ex rationabili causa subscribenda.

Proinde omnes sciant ieiunium, & abstinentiam à cibis corporalibus salubrius ^l prodesse, quando etiam mens à culpa ieiunat.

Decreta denique, quæ circa ieiunium in Edicto nostro promulgari iussimus, omnino obseruentur.

Nicolium Nole. Verbo. Quadragesima num. 1. l. c. nihil enim, & c. Ieiunium autem de conf. dist. 5.

De Horis Canonicis.

CAP. X.

DIVINA persoluendi causa, ad Chorū vnusquisque accessurus, ^a cogitationes, ac ceteras sæculi curas à semetipso abijciat, præuia aliqua pia consideratione ^b frenum imaginationi per varia vagari assuetæ iniiciat, & cor à terrenis ad coelestia paulatim extollat, & mentis suæ oculos semper intentos ad Deum habeat, iuxta illud Apostoli, orabo ^c Spiritu, orabo & mente, psallam Spiritu, psallam & mente: & quia animi deuotio ^d externis actibus est etiam significanda, ideo in diuinorum officiorum recitatione, hæc obseruanda præcipimus.

Præsbyteri, & ceteri Ecclesiarum Ministri cum ad diuinas horas peragendas, ac Missæ Sacrificium solemniter persoluendam accedunt; in templum introeuntes ^e ad Altare Sanctissimi Sacramenti accedant, ibique flexis genibus pie Dominum ac-

^a c. quando autem de conf. dist. 1.

^b Diu. Bonau. spec. disciplin. cap. 12.

^c 1. ad Corint. 14.

^d D. Bonau. rel. par. 2. cap. 1. circa finem

^e 4. Cap. decret. de immu. Eccles.

in 6. Pius V. cōst. 5. incipiam. Cū primū.

f Conc. Rauenn. x. sub Honorio IV. cap. 5. conc. Mediol. 1. par. 2. tit. communia. de ratione officiorum.

g Decisum hoc fieri debere in solemnitatibus prefertim à S. Ritū Congr. 12. Iunij 1628. iuxta prescriptum Cerem. refert Gauan. in manua. Episc. n. 24.

h Sac. Cong. Episc. 18. Aprilis 1617. apud Gauan. rel. n. 25. Conc. Mediol. cit. tit. de offic. eius, qui Choro presidet.

i Conc. Mediol. rel. tit. quomodo versandū in Choro.

k c. cātantes dist. 92. c. quando autem de cons. dist.

l. cap. decet de imm. un. Eccles. in 6. Cōc. Senon. in decretis morū. cap. 10. & 13. Conc. Mediol. rel.

m Extrā. Docta Sanctorum de vita, & honest. Cleric. D. Bonau. p.

nerentur, & adorent; postea debito silentio seruato in Sacrificia ingrediantur, & superpelliceo induti, expectent, vt alij omnes preparantur: deinde pulsato tintinnabulo è Sacrificia g exeuntes debito ordine, ac modestia ad Chorum tendant, vbi genuflexi orent aliquantulum, & postea quisque petat locum suum.

Per Archipresbyterum, Decanum, vel Rectorem facio h signo omnes simul surgant, & Hebdomadarius diuinas laudes incipiat, ac i alij alternatiue prosequentes, eas cum pausa, & non celetiter, sed tanquam in conspectu Domini deuote celebrent.

Dum in Choro morantur semper cum summa animi pietate & attentè in rem diuinam incumbant, caput inclinent, simul surgant, sedeant, ac genuflectant quodcumque occasio se præbuerit; vocem verò, nè dissonantiam pariat, ad aliorum l concentum accomodent, & quia psalmodie suauitas, non parum deuotionis adstantibus suggerit, idcirco psallendo clarè, m & distinctè concordiam summopere curent. Nec strepitus n ullos faciant, nec colloquia vacando de loco ad locum, nec risus, nec aliquos gestus indecoros, metuentes illud Prophetæ: maledictus, qui o opus Dei facit negligenter: neque eo tempore per manus chirotechas p habeant, seu flores, nec tabacci q puluerem sumant.

Si aliquis post inchoatum Officium superuenierit, induat se statim superpelliceo, & debita modestia Chorum ingressus, genuflectat, breuique facta oratione assurgat, & in eodem loco capite inclinato r hinc inde omnes de Choro salutet, qui statim detecto capite eidem salutationem restituant, quo facto locum suum adeat, & cum ceteris officium prosequatur.

Officio, seu Missa persolutis, f omnes genuflexi parum

rum orent, tunc surgentes è Choro discedant, ad Sacrificiam reuertantur, vbi, & non alibi superpellicium exuant.

Ad sacros Ordines promoti, vel Ecclesiasticis Beneficijs promissi diuinum officium recitare non definant, etiamsi excommunicati, suspensi, vel interdicti existerent (recitando tamen illud priuati) sub pœnis iuxta u Bullam Pij V. præter peccati reatum.

Canonici diuina peragentes, x talari veste, non verò tegumine lacero, & indecenti cum maximo Laicorum, & alienigenarum scandalo, & superpelliceo induti, Almutiam proprium eorum signū, tam in Ecclesia, quàm in y publicis processionibus semper deferant.

Nolumus tam in z Sacrificia, quàm in Ecclesiæ atrijs quid profanum tractari, cum exinde contentiones, altercationes, & iurgia sæpe oriri soleant, cum Laicorum scandalo; & sacerdotalis modestiæ maximo cum dedecore, sub pœna ad nostrum arbitrium statuenda.

Quando de rebus ad Ecclesiam spectantibus capitulum habendum erit, quilibet proponat, & respondeat, prout poscit negocij ratio, ordinatim sententiam suam dicens a moderatè, & absque clamore: qui verò probris, & iniurijs incaluerit per sex menses voce actiua, & passiuā priuetur: si ad rixas, & percussiones deuenerit, præter b excommunicationem, quam ipso facto incurrit, in carceres detrudatur. Tempore Capituli nemo discedat absque maioris, qui præfederit licentia, sub pœna iuliorum quinque pro qualibet vice.

Epistolæ ad Capitulum directæ non nisi in c Capitulo legantur; & quid sit resoluendum quisque debita modestia secreto votum suum tribuat.

Sub pœna periurij omnes in Capitulo ea semper consulere studeant, quæ ad diuini cultus incrementum

1. opusc. in spec. disciplin. p. 1. c. 13. exactissimè agit de disciplina officij in Choro. m Cōc. Trid. sess.

24. cap. 12. n Cap. Decet rel. cap. Dolentes de celebrat. Miss. Pius V. const. cit. Conc. Trid. sess. 2. in Decreto de modo viuendi, & sess. 22. in Decr. de obseru. & ciuitan. in celebrat. Missæ Conc. Mediol. rel.

o Ierem. 48. p Arg cap. decet. rel.

q Arg. Urbanus VIII. in append. const. 49. Incip. cum Ecclesiæ.

r Ceremon. Episc. lib. 1. c. 18. apud Gauan. Verb. Canoniorum muner a num. 45.

s Conc. Mediolan. relat.

t Leo X. const. 7. incip. Super e 5. 38. Cōc. Mediol. 1. par. 2. tit. de horis canonicis.

u Const. 135. Incip. ex proximo.

x Cōc. Trid. sess. 24. c. 12. Conc. Senon. & Mediol. rel. & tit. communia de ratione di-

uionu officior. &
& de Clericoru
vestitu, & quo-
modo conuersan-
dum in Choro.
Con. Colon. 2 p.
3. cap. 31. Leo 19.
hom. de cura Pa-
storali arg. Cap.
Clerici officia de
vita, & honest.
Cleric. & Cleme.
2. eod. tit.
y Conc. Mediol.
tit. de processio-
nibus.

2 Pius V. Const.
5. Conc. Trid. ses.
2. & 22. rel. cap.
decret. de immuni.
Ecclesi. in 6.
2 Arg. Cœ. Trid.
ses. 2. in Decr. de
modo viuendi c.
in loco 5. quest.
4. Aſſa Mediol.
de ijs, que ad
Capitulum per-
tinent n. 8. & seq.
b. c. si quis suade-
re 17. quest. 4.
e Sac. Cong. Ep.
13. Martij 1615.
apud Gauan. in
manuali Episc.
verbo Capitulum
n. 35. & apud Ni-
coliu. verbo eod.
num. 14. & in vna
Tiphern. 27. Iunij
1613. apud eundem.
2 Conc. Mediol.
1. par. 2. tit. de off.
Punctatoris.
b Conc. Mediol.
rel.
c Conc. rel.
d Conc. Med. rel.

20

tum, & Ecclesie beneficium fore iudicauerint op-
portunum.

De Officio Puncta- toris.

C A P. X I.

PUNCTATORES, quos non solum in Ec-
clesia Cathedrali, a sed etiam in nostræ
Diocesis Collegiatis adesse fanciuimus, vt
ex nostro Edicto de Punctatoribus, b iura-
mentum coram Nobis, vel nostro Vicario Genera-
li prestabunt, iuxta formam; videlicet.

Ego N. ad Punctatoris Officiu deputatus iuro,
ac promitto, quod huiusmodi officium diligenter,
& fideliter exercebo, & librum punctationum con-
ficiam, in quo sine fraude, ac dolo omnibus humanis
affectibus remotis, illos Canonicos ad diuini officij
solutionem in Choro obligatos, qui tempore op-
portuno horis diuinis in Choro non adfuerint, de-
scribam: sic me Deus adiuet; & hæc sancta Dei
Euangelia.

Ideo diligenter e Canonicos absentes ab Horis
Canonicis, & diuinis officijs punctare teneantur, &
punctationum librum fideliter d custodire, eum-
que nobis, vel Capitulo quando opus fuerit e exhi-
bere, & quolibet mense die Sabbathi vltimæ heb-
domadæ post vespas in Cathedrali, in Collegi-
atis verò die Dominica vltima f publice Cano-
nicis ostendere. Quando in hoc munere eos non

recte, & fideliter se gessisse constiterit, g dupli, ac

pe-

21

peritij, aliisque pœnis arbitrio Nostro irremisibi-
liter punientur. Nec ab eis ad alicuius gratifica-
tionem excusatio aliqua minus legitimâ admitta-
tur; indebita enim remissio animarum præiudi-
cium, & diuini cultus diminutionem graui cum
culpa operatur.

Et quia nonnulli nostræ Diocesis Ecclesiastici c
nimia rerum temporalium sollicitudine capti (non
sine ingenti animi Nostri merore) Deo militantes,
implicant se negocijs secularibus, & vt citius ab
Ecclesie seruitio se expediant relicta i Missa Maiori,
vel horis Canonicis e Choro egressi ad cete-
brandam Missam pergunt; quo fit, vt diuinus cul-
tus maximè diminuat, & quandoque Chorus va-
uus ferè relinquatur, ideo a mandamus vt in posse-
rius Canonici non nisi statuto tempore, proit Po-
puli necessitas, & Ecclesie seruitium postulauerit,
Missas celebrent sub pœna transgressoribus iulioru
quinque, & alijs arbitrio Nostro.

Nullus in Choro l priuatim officium recitet, sed
cum alijs teneatur canere, nec ibi scripturas, litte-
ras, vel libros legat sub pœna puncti illius Horæ.

Ægroti, m si quando infirmitate non detine-
bantur, Officijs Diuinis interesse consueuerant, di-
stributiones lucentur: quoad punctaturas verò si
post duos menses durauerit ægritudo, de illis non
participent.

Habeantur tamquam presentes in Choro, qui
curam animarum, que imminet illi Ecclesie, in
qua sunt Canonici exerceant, dum tamen n sint in
actu administrandi Sacramenta, vel alia exercendi,
que spectant ad ipsam Curam: qui verò non ex offi-
cio, sed o voluntariè, vel in excipiendis confes-
sionibus, vel in alijs occupantur, reputentur pro
absentibus, ac proinde distributiones non lucentur.

Nemo recedat a Choro absque legitima causa,
ab Archipresbytero, seu Decano, vel Rectore

ap-

e Sac. Cong. 20.
Augusti 1602.
apud Nicolium.
fosc. Verbo Puncta-
tor num. 2.
f Conc. rel. Sac.
Cong. in vna Pisa-
ur. 19. Nouembris
1649. apud Nico-
lium cit. n. 4.
g Conc. rel.
h c. Eleutherius,
& c. Clericus dist.
91. c. Clerici Offi-
cia, & c. ex litte-
ris de vita, & ho-
nest. Cleric.
i Conc. Mediol.
rel. tit. de ratione
Diuinorum Offi-
cior. Clem. graui.
de celeb. Missarū.
k c. Cleri. dist. rel.
l Conc. Treuer.
c. 6. Conc. Turon.
4. c. 4. Cong. Episc.
18. Aprilis 1617.
apud Gauan. ver-
bo Canoniceorum
munera n. 27. D.
Bonau. in specul.
discipl. p. 1. c. 15.
de disciplina offi-
cij in Choro.
m Conc. Raueni-
1 sub Honorio 4.
c. 5. Cœ. Mogunt.
4. c. 72. S. Cong. in
vna Aquil. 4. Au-
gusti 1593. apud
Nicolium ver. di-
stributiones n. 11
n Decisum refert
Garc. 2. par. c. 2. n.
335. à S. Cong. E-
pisc. 24. Nou. 16.
17. apud Gauan.
ver. Canonic. di-

Trib. n. 15. & in vna
 Ancon. 18. No uem. 1589. apud
 Nicol. rel. n. 14.
 S. Rituum Cōg. 25. Ianuarij 1619.
 apud Gauan. rel. n. 56.
 p. Conc. Med. cit. tit. quomodo ver. sandum in Choro.
 q. Concil. Trid. sess. 24. c. 12. de refor.
 r. Idē Cōc. sess. 23. c. 1. de refor.
 f. Idem Concil. sess. rel. 24. c. licet de prēbēdis, & c. consuetudinem de Cler. non resid. in t. 6. Cōc. mox rel. c. quia nonnulli de Cler. non resid & c. qui vero de prēb.
 u. Conc. l. cit. sess. 24. & sess. 22. cap. 3. & sess. 23. cap. 1.

approbanda, nisi peractis Diuinis Officijs; alias punctationibus subijciatur.

Absentia Canonicorum q̄ spatium trium mensium non excedat in quolibet anno; & sit omninō extrā tempus Aduentus, Quadragesimæ, & principalium festorum: interim distributiones s̄ non lucentur, nec alios, qui Choro t̄ pro se ipsis interfint, præsertim ad hunc effectum substituere possint: quōd si ultrā tres menses abstinerint, u dimidia parte fructuum, quos fecerint suos, primo Anno sese priuandos esse sciant iuxta Sac. Conc.

Decretum: siquē iterum eadem vsi fuerint negligentia, aut creuerint in contumacia, & in absentia perseverauerint, contra ipsos irremissibiliter procedemus ad pœnas ab eodem Concilio, & Sac. Canonibus taxatas, & ad alias ad arbitrium nostrum.



De

De Missæ Sacrificio.

C A P. XII.

ECCLESIA nihil habet tam admirabile, a & diuinum, quā Sacrificium Missæ, in quo Agnus, qui integer b perseverat Christus, incruenter in corpore, & sanguine offertur: & quia homines quotidie labuntur, c̄ quotidie Christus immolatur: ex hoc enim grandis d̄ in animas, & corpora fidelium dimanat vtilitas, & frequentissima celestium Charismatum copia, cum sit potens Sacrificium, hoc ē perfectum facere accedentem, internam animi impuritatem abstergendo, & conscientiam emundando ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti. Quis ergo sanctissimam hanc oblationem aspiciens magnum non referet fructum? quis digne tangens non viuificabitur?

Ideo Sacerdotes, vt se ipsos in Spiritu viuificēt, f̄ digne, idest summa animi dispositione, ac puritate ad hoc Sacrosanctum Missæ Sacrificium accedere satagant: quare vt salubrius tantum exerceant munus, illud peragant, prius ḡ celebrato matutino cum laudibus, ac feruenti præmissa oratione; quamobrem in qualibet Sacrificia volumus in aliqua eius parte remotiori genuflexorium adesse, vna cum sede confessionali, & a pariete tabellam cum h̄ Imagine Christi Domini, aut

Bea-

a Conc. Trid. sess. 22. in decr. de obfer. in celebr. Missæ. nihil de cōf. dist. 3.
 b Breuiar. Rom. in off. S. Andree. c. inuitat. & c. qui manducat de cōf. dist. 2.
 c c. iteratur de conf. dist. rel.
 d D. Cypria. ser. de cœna, & alios patres refert Gaunacius de Sacrific. Missæ disp. 4. q. 5. n. 59. plures enumerantes effectus, quos parit Missæ Sacrificium non solum in animab. sed etiam in corporibus fidelium ē Epist. ad Hebræos 9.
 f Conc. Trid. sess. 22. in decr. de obfer. in celebrat. Missarum;
 g Rubr. Missalis de preparat. Sacer

dotis d. Bonauen.
opusc. par. 2. tract.
de prepar. ad Mis.
h. Rubr. Missalis
de ingressu Sacer.
dotis ad Altare
tit. 2.

Beatis. Virginis pendere, coram qua Sacerdos ad Sacrificium deuotè se præparet. Præcipimus etiam cartam adesse cum præcibus ante, vel post celebrationem pro opportunitate recitandis; item cartulam, in qua sint illa quinque deuota puncta antè, vel post Missam utilissimè meditanda, quam ex nostra prima uisitatione in omnibus Sacristijs affigi decreuimus.

Et quia plerumquè, dum Sacerdotes ad perfoluendum Sacrificium se præparant, à colloquijs, & indiscretis aliorum clamoribus perturbantur, sancimus, vt siuè Sacerdotes, siuè Clerici, siuè Laici, qui tempore celebrationis Missarum ex aliqua necessitate Sacristiam ingrediuntur, i silentium omninò seruent; & si aliquid dicendum sit; tunc breuiter, & submissa uoce loquantur sub pœna Nobis seruata.

i Conc. Med. 1.
par. 2. tit. de offi.
cio Sacristij

k Rub. Missal. de
preparat. Sacerd.
celebraturi tit. 1.
l Rubr. Missalis
rel. cap. relinqui
de Custodia Eu-
charistię. D. Bo-
nauen. in spec. di-
scipl. c. 17. de Al-
taris Ministerio
curando.

m Conc. Treuer.
c. 9. Conc. Med.
loc. cit.

n Conc. Mediol.
sepè rel. tit. quę
pertinent ad cele-
brat. Missę. Conc.
Londin. c. 1.

o Cap. Litteras
de celebr. Miss.
Rubr. Missalis
rel. Conc. Med.
loc. cit.

Sacerdotes, k quæ necessaria sunt ad Sacrosanctum Sacrificium, piè, sanctèquè perficiendum, inquirere curent. Calices l propterea, vestimenta Sacra, albæ, amictus, pallæ, corporalia, purificatoria, ita nitida, & munda sint, vt celebrantibus deuotionem, ac cæteris presentibus uenerationem augeant: m nec ipsi huiusmodi uestibus Sacerdotalibus induti per Sacristiam deambulent, vel colloquantur sub pœna unius libræ ceræ albæ. In Missæ celebratione, nec n uelocitatem nimiam, nec tarditatem adhibeant.

Missam non incipiant nisi o prius in Altari candelæ accensæ sint, ac ibidem parata uini, & aquę uascula.

Verba Canonis attentè p legenda sunt, non memoriter recitanda, nè ullus error contingere possit.

Monemus etiam quoscumquè Ecclesiarum præsecos, & præsertim q Sacristas, vt quàm diligentissimè studeant, nè in Dei Ecclesia quidquam

appa-

appareat loci sanctitati indignum, sed tantum decor, splendor, & religio: curent ideò, vt lintamina, & pallia, quibus Altaria teguntur, & cætera supellectilia, quibus ornantur, sint pura, prorsus, & munda; & qui id præstare neglexerint, à Nobis grauiter punientur.

Exteris f Sacerdotibus facultas celebrandi in Ciuitate etiam in Ecclesijs Regularium non concedatur, nisi litteræ testimoniales, seu dimissorię sui Ordinarij à Nobis, vel à Vicario nostro Generali uisæ, & approbatæ fuerint: in alijs Oppidis nostræ Diocesis uideri, & approbari debeant à Vicarijs nostris foraneis, licet, vt supra ab iisdem in Ecclesijs t Regularium Missa celebranda esset.

Canonici in festiuitatibus primæ Classis in propria, u hoc est in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, non legitimo impedimento detenti celebrare teneantur,

Sacerdotes x saltim diebus Dominicis, & festis solemnibus Missas celebrent: Parochi autem sic frequenter vt suo muneri satisfaciant.

Cauent quilibet Sacerdos sacrum peragere in Ecclesia, vel Oratorio, seu Altari polluto, aut interdicto, vel à Nobis non z approbato, vel benedicto, & coram publicè excommunicato.

In Sacristia uniuscuiusque Ecclesiæ nostræ Diocesis, in qua ex obligatione Missæ celebrantur, patenter a pensa uideatur a tabella, quę onera Missarum, & dies, & menses, quibus ea perfolui debent, distinctè contineat; & liber adsit pecularis, in quo onera, & qualitates Legatorum Piorum, ac nomina, & cognomina Testatorum, à quibus legata relicta sunt, inscripta cernantur: ac etiam alius liber reperiatur, in quo de die in diem manu propria Sacerdos, b qui satisfacere tenetur, Missarum adimpleta conscribat; sub pœna arbitrio nostro.

D om-

p Conc. Med. au-
per rel.

q Cap. vt sciat de
Off. Sacristę. Cõc.
Med. eod. tit. D.
Bonau. mox. rel.
r Leo IV. hom.
de cura Pastoralis
c. relinqui de cu-
stodia Eucharistię
Conc. Coiac. c. 3.
Conc. Later. 4. c.
19. Conc. Oxon-
1. c. 3.

f Conc. August.
c. 6. Conc. Mogut.
4. c. 94. Cõc. Trid.
sess. 22. in decr. de
obser. & uitan. in
celebratione Miss.
& sess. 23. de refor.
c. 16.

t S. Cong. Conc.
19. Nouem. 1594:
apud Nicolium
Ver. Regulares n:

u Arg. c. Episcopus
de conf. dist.
3. Conc. Lucen. 2.
cap. 64.

x Conc. Trid. sess.
23. c. 14. de refor-
y c. postularis de
Cler. excom. &c.
§. quęsiuistis, ca. is
qui desenten. ex-
com. in 6. & §. is
uero c. tuarum de
priuil. &c.

z Clem. 1. epist. 3.
Foelix IV. epist. 1.
Conc. Paris. 6. lib.
1. c. 47. c. quamuis
Chorepiscopis
dist. 68. c. nullus
Præsbyter de conf.

dist. 1. c. Almama-
ter de sent. excom.
in 6. cap. 15. qui rel
eod. tit. & cap. cū
& placare de pri-
uil. & c. §. excom-
municatos.

a Conc. Med. 1.
par. 2. tit. de off.
Sacristę.

b Sac. Cong. ad
P. Gener. Ordin.
Min. Con. 15. De-
cem. 1663.

c Arg. ex Missa-
li, ubi in fine asig-
natur Missa di-
cenda in anniuersa-
rio creationis
seu consecrationis
Episcopi, & in
Rubr. tit. 11. de
Symbolo, habetur
quod in eadem
Miss dicitur Sym-
bolum.

d Sac. Cong. in
vna Vestan. 18. Fe-
br. 1592. apud Ni-
colium Ver. Missa
n. 31. Conc. Med.

2. par. 2. tit. que
pertinent ad cele-
br. Missę arg. cap.
Necessē de conf.
dist. 1.

e Const. 43. incip.
eum sepe in resp.
Ad pr. dubium.

f Marthei cap. 7.
g Conc. Rauen. 1.
sub Clem. V. c. 3.

h Conc. Rauen.
rel. Conc. Med. 1.
par. 2. tit. de fune-
re Episcopi.

i Concil. Rauen.
rel. cap. 4.

26

Omnes, & singulos Sacerdotes, Missam die annu-
uersario electionis, vel consecrationis viuientis
Episcopi, vt annuatim celebrent enixe hortamur.
In Ecclesia, in qua d plures extant Sacerdotes,
prima Missa Lucescente die, vltima circa meri-
diem ob fidelium commoditatem peragatur.

Si forte Canonicatum, Beneficiorum, vel Le-
gatorum piorum annui redditus temporum intur-
ria, vel alijs casibus fortuitis sint adeo diminuti,
vt oneribus Missarum in fundatione appositis ne-
queat satisfieri, ad Sedem Apostolicam pro eor-
um moderatione, siue reductione recurrendum
est; prout in decretis e sel. rec. Urbani Papę VIII.
de celebratione Missarum.

Ex hac vita migrante aliquo nostrę Dięcesis
Sacerdote hortamur singulos Pręsbyteros, vt pro
illius Anima Missam celebrent; vnde Parochus
loci, in quo mors sequi contigerit, statim alios,
vel Archipresbyteros, vel Rectores nostrę Ciui-
tatis, & Oppidorum de huiusmodi Sacerdotis
obitu certiores faciat, & super hoc illud Euange-
lij f sollicitę omnes perpendere debent: qua men-
sura mensi fueritis, remetietur & vobis.

Itidem infra octauam commemorationis om-
nium fidelium defunctorum celebretur in Cathedra-
li anniuersarium g primò pro omnibus huius
Dięcesis defunctis Episcopis; secundò h pro ani-
ma Episcopi, qui vltimò decessit, tertio i pro om-
nibus defunctis Canonicis, Beneficiariis, & Cleri-
cis; & ad eadem pietatis officia peragenda horta-
mur Canonicos Collegiatarum.

Tam in Cathedrali, quam in Collegiatis in quo-
libet mense k prima feria secunda, vel alia die
non impedita vehementer hortamur, vt cantetur
Missā de requiem pro animabus fidelium defun-
ctorum.

Pręsbyter, ad Sacerdotium nouissimè euectus
non

27

non audeat celebrare, nisi prius nostram obtinuerit
licentiam, & Missę ceremonias rectę, & dis-
tinctę calleat, ac à nostro Ceremoniarum Magi-
stro sit approbatus: tempore autem, quo primam
Missam celebrare debet, ludos, m choreas, & om-
nia alia profana, sicuti etiam immoderata con-
uiuia fieri prohibemus, in sua prima Missa n non
recipiat oblationes, nisi spontę factas, & tunc non
circumeat Ecclesiam, nequę manus osculandas
porrigat, sed in medio Altaris vertat se ad Popu-
lum, & solito instrumento pacis, aut Cruce vtra-
ter ad osculandum.

Omnes fideles, dum Missa celebratur, à o col-
locationibus, risu, ac alijs indignis actibus absti-
neant (memores quòd sicut Deus pijs Missę venerator
remuneratur, ita in contemptores vltionem
exercere solet), sed p mente, & oculis in hoc Sa-
cerdotali Ministerio semper intenti, id tanquam
q memoriale passionis Saluatoris nostri deuotę
contemplantur, & adorent, capite semper dete-
cto, ac flexis genibus.

Ad Altare f nec ita propę mulieres, vel alij ac-
cedant, vt Sacerdotem, seu Ministrum pertur-
bent.

In Missa Sabbathi Sancti aliarum Ecclesiarum

e Campana non pulsentur antę pulla-
tionem Campanarum.

Maiores Ec-
clesia.



D 2

De

k Rubr. Missalis
tit. 5. de Missis de
functorum.

l Conc. Med. rel.
tit. que pertinent
ad celebrat. Miss.
m Conc. Mogunt
4. cap. 60. Conc.
Med. rel.

n S. Cong. in vna
Ianuen. 7. Octob.
1601. & antea ad
S. Carolum refert
Synodus Caputaq
sess. 2. cap. 11. n. 9.
apud Nicolium.

ver. Missa. n. 36.
o Conc. Turon 4.
c. 38. Conc. Later.
4. c. 16. Conc. Trid
sess. 2. in decr. de

modo viuendi, &
sess. 22. de obseru.
& vitan. in celebr
Miss Pius V. Cõst.
5. incip. Cum pri-
mum.

p Conc. Mogunt.
4. c. 58. & 59.
q Luc. 22. 1. ad
Cor. 11. D. Th.
opusc. 57.

r Conc. Mogunt.
rel. c. 59. Cõc. Me-
diol. tit. que per-
tinent ad celebr.
Missę. Cõc. Trid.
sess. 22. de Sacrifi-
cio Missę c. 5. &
locis super rel.

f Arg. c. Sacerd.
de conf. dist. 2. c.
1. de vira, & ho-
nest. Cler. Conc.
Rom. sub Ioanne
12. Conc. Brachar.
1. c. 31. Conc. Tu-
ron. 2. cap. 4.

Conc. Lateran.
sub Leone X. fess.
11. Const. 4. Idem
Leo Const. 22. In-
cip. Dum intra 5.
13.

28

De Vita, & honestate Clericorum.

C A P. X I I I.

a c. Cleros dist.
21. c. Clericus, &
c. duo sunt gene-
ra 12. quest. 1.
b Conc. Trid. fess.
14. in decr. de re-
for. & fess. 23. c.
14. Conc. Colon.
2. par. 2. c. 1. Conc.
Aquisgr. sub Lu-
douico Pio. c. 99.
c. 1. ad Cor. 4.
d Matt. 5.
e Reg. 1. cap. 2.
f Ep. Iudæ. cap. 1.
g Conc. Trid. fess.
23. c. 6. & fess. 24.
c. 12. c. nullus cap.
Episcopi, & c. sine
21. q. 4. cap. Cleri-
ci officia de vita,
& honest. Cleric.
Conc. lucense 1. c.
66. Conc. Colon.
2. par. 3. c. 8. Conc.
Later. 5. fess. 9. de
refor. Curig. c. 2.
Conc. Mogunt. 4.

OMNES Ecclesiastici, statum, & for-
temque in quam eos vocavit miseri-
cordiarum Pater, agnoscentes, adeo b
animum interius, & mores exterius
componant, vt à Populis c Ministri Christi, &
Dispensatores Mysteriorum Dei existantur, &
quia d lux eorum lucere debet coram hominibus,
sine qua e omnia in tenebris conticescunt, scilicet
mundus inter umbras errorum, ignorantie, &
flagitiorum miseranter ingemiscit: Ideo ne multi de
Clero libertatem gratie, & sacri Status f tradu-
cant in occasionem carnis in multa vitia promen-
tes, decernimus, vt omnes siue Clericali tonsura,
siue alijs ordinibus insigniti ex Sacri Concilij Tri-
dentini, & Sacrorum Canonum prescripto habi-
tum, hoc est vestem g talarem, & h tonsuram
Ordini suo congruam, ac visibilem deferant; i
caligas vero, nec rubeas, nec virides, aut alte-
rius varij coloris induant, sed vel nigri, vel vio-
lacei, aut alterius modesti coloris.

Alie k vestes inferiores honestatem, & non
animi vanitatem preferant l comam, ac bar-
bam studiosè nemò nutriat sub pena arbitrio no-
stro.

Ex

29

c. 71. Conc. Tolet.
18. c. 3.

Ex toto corde Ecclesiasticos omnes monemus
abstinere à m conuiuiorum secularium frequen-
tatione, ne facile contingat temperantie limites
excedere, aut prauis exempli aliquam occasionem
præbere; & præcipue ab hominum cœtu, vbi n
amatoria cantantur, & vbi obsceni motus corporis
o choreis, & saltationibus exhibentur, ne eo-
rum auditus, & visus huiusmodi speciebus, &
turpi spectaculorum, atque verborum contagione
commaculentur, p cum mundi esse debeant, qui
ferunt vasa Domini.

Præcipimus etiã, ne q Tabernas, & diuerso-
ria, nisi itineris gratia coacti, ingrediantur sub
pena Iuliorum decem.

Cum mulieribus nemo r cohabitaret, nec eas
prætextu seruitutis, aut alterius rationis secun-
retineat, quæ sint minoris ætatis f annorum quin-
quaginta; secus à Nobis transgressores seuerissi-
mè punientur.

Ecclesiasticis non liceat post secundam noctis
horam t per Ciuitatis, aut Oppidorum vias, vel
suburbia sine lumine incedere, vel canendo, u vel
sonando, aut canentibus se Comites præbere sub
pena Carceris, & alijs arbitrio nostro; neque x
cum mulieribus familiaritatem habere, quæ con-
cubinatum, adulterium, seu incestum sapiat, alias
præter penas contra Concubinarios à Sacris Ca-
nonibus y præscriptas, seuerius à nobis etiam
plectentur.

Ne-
z Conc. Colon. 1. par. 2. c. 25. o c. non oportet il 2. de cons. dist. 5. Conc.
Senon. de honest. Cler. c. 25. Conc. Aquisgr. sub Ludouico Pio c. 83. p Isa.
c. 52. q c. non oportet, & c. nulli clerico dist. 44. c. Clerici offic. de vita, &
honest. Cler. Conc. Later. 4. c. 15. Conc. Colon. 2. par. 2. c. 25. Conc. Remen.
c. 26. R. reformatio Cleri German. c. 3. Conc. Mogunt. 4. c. 47. r c. sed si for-
tè, c. oportet. c. legitur. c. cum omnib. c. Archid. c. foeminas dist. 81. & cap.
inhiben. de cohab. Cler. & mulier. f Arg. c. à nobis eod. tit. c. Conc. Med.
1. par. 2. tit. de Clerical. edib. u Arg. Conc. Colon. 1. par. 2. c. 25. Conc. Car.
4. c. 62. Conc. Antistod. c. 40. Conc. Turon. 3. c. 3. x c. Cleric. c. si quis piã. c.
Volumus c. in omnib. c. non oportet c. quidam Cler. c. Cler. c. ad rear. dist. 81
e. si quiquã de cohab. Cler. & mul. Cõc. Mog. c. 10. Conc. Trid. fess. 25. de

h Conc. Trid. &
al. rel. c. prohibete
dist. 23. Conc. Lõ-
din. 1. c. 9. Conc.
Lat. 3. in app. tit.
ne Cler. c. 4. Conc
Rauen. 2. sub Ho-
norio 4. c. 13. Ani-
cetus ep. decr.
i Clem. 2. de vita,
& honest. Cleric.
Conc. Colon. rel.
par. 2. c. 26.
k Præter plura ex
rel. c. omnis iactã-
tia, & c. præcipi-
mus 21. q. 4. Conc.
Matisc. 1. c. 5. Cõe
Med. 2. par. 2. tit.
de Clericor. vest.
l c. prohibete cap.
Clerici c. si quis
dist. 23. c. si quis
ex Cler. c. Cle-
ricus, & c. Cleri-
cis de vita, & hon.
Cler. Conc. Car-
thag. 4. c. 44.
m c. his igitur dist
23. c. Ecclesiæ. c.
Vinolentum dist.
35. Concil. Trid.
fess. 22. in decr. de
obser. & vitan. in
celebr. Miss.

refo. c. 14.
 y de cohab. Cler.
 & mul. per. plu. c.
 c. Conc. Trid. rel.
 z c. nullas. Cler. c.
 quæcumq. c. si quis
 Cleric. & c. 11. q. 1.
 c. Cler. c. ex parte
 tua c. cum da. erd.
 & c. 1. de postul.
 Conc. Lat. 3. c. 22.
 & tit. de iur. patr.
 a 11. q. 1. per plu. c.
 c. si quis contra c.
 cum contingat. &
 c. significasti de
 foro comp. c. & si
 Cler. c. Cleric. c.
 qualiter de iudic.
 Conc. Mog. 3. c.
 14. Conc. Tribur.
 1. cap. 10.
 b c. per scrip. 2. q.
 8. c. relatum 5. q. 2
 & 2. q. 8. ferè per
 tot. c. super his de
 accusationibus.
 c. c. nò pila 23. q. 8
 d. 2. ad Cor. 6.
 c. Cler. c. quicq.
 ex Cler. 23. q. 8. &
 in prin. c. Cler. de
 vita, & hon. Cler.
 c. in audien. de sè.
 excom. Còc. Med.
 1. tit. de arm. iud.
 & c. Conc. Mog. 4.
 c. 74. Clem. 1. de
 vit. & hon. Cler.
 f. Còc. Rau. 1. sub
 Hon. 4. c. 3. Conc.
 Med. rel.
 g Conc. Sen. c. 25.
 de vita, & honest.
 Cler. Conc. Tur. 4.
 c. 5. Còc. Med. rel.

Nemo Tribunal laicale z audeat, ibiquè aut Ci-
 uiles, aut Criminales causas audeat patrocinari,
 seu negocia profana tractare, nisi pro se ipso pro
 Ecclesia sua, aut miserabilibus personis.

Qui voluerit contra aliquem Ecclesiasticum
 quærelam facere, prius a coram nostro Cancel-
 lario quærelam b propria manu subscribat; & si
 scribere nesciat signo aliquo, duobus Testibus
 præsentibus eam subsignet.

Et quia orationes, & lacrimæ e sunt arma
 Clericorum, decernimus nemini dantes d vllam
 offensionem, vt non vituperetur ministerium no-
 strum, eos præcauere e ab Armorum cuiuscum-
 que generis dilatione, & sub quouis prætextu,
 etiã licitæ venationis: quòd si interdum ob
 aliquam iustam causam quis non possit incedere,
 vel itinerari, nisi armatus; id ei non liceat, nisi
 cum nostra expressa licentia, aut nostri Vicarij
 Generalis.

Per vias publicas g nullus in posterũ, siuè in sa-
 cris, siuè in minoribus cõstitutus quouis ludii gene-
 re, etiã nò vetiti ludere præsumat: circa verò ludos
 præsertim Clericis h prohibitos per sacros Cano-
 nes, tam publicos, quàm priuatos, & armorũ dela-
 tionem Edictum nostrum super hac editum om-
 ninò, obseruari mandamus.

Nullus i audeat in theatris recitare absquè no-
 stra licentia, licet sacra repræsententur.

Tam Curatis, h quàm alijs Præsbyteris ma-
 ximè beneficiatis à Ciuitate, vel ab Oppidis no-
 stræ Diocesis longius abesse prohibitum sit, ab-
 squè nostra speciali licentia, & nostri, seu Vica-
 rij nostri Generalis litteris commendatijs.

Volumus demum omnes Ecclesiasticos, quos
 publica decet maiestas, ac modestia, i vilibus, ac
 sordidis quæstibus, nempè k turpibus lucris non se
 immiscere, ac ab illicitis, l & secularibus nego-
 cia-

ciationibus abstinere, totis viribus Deo m place-
 re studentes, cui seruire regnare est. Vndè * qui-
 libet Clericus ab Ecclesiæ seruitio, cui est ad-
 scriptus, statutis temporibus non desi-
 stat: & qui semel o habitum cle-
 ricalium dimiserit, & Laico-
 rum vitam duxerit, se-
 cularia negocia
 gesserit, dein-
 de .
 nobis inconsultis illum denuò
 reassumpserit, sciat cleri-
 cale priuilegium non
 posse allega-
 re .



De

Cleric. vel Monac. & c. Clem. 1. de vit. & hon. Cler. Conc. Carth. c. 6. &
 Carth. 3. c. 15. Calced. cap. 2. & Trid. sess. 22. c. 1. m 2. ad Cor. 5. & 1. ad
 Thessal. 2. * c. presb. & c. Cler. dist. 91. Conc. Trid. sess. 22. c. 3. de reform.
 sess. 23. c. 6. & c. 11. & sess. 24. c. 12. Sac. Cong. 3. Aug. 1592. & 22. Ian. 1596.
 ex Trid. rel. sess. 23. apud Nicol. ver. Cler. n. 5. o c. hi qu. vult dist. 50. c.
 propterea de Apost. & c. ex litteris de vita, & honest. Cler.

h c. Episcop. dist.
 35. c. Clerici offic.
 de vita, & honest.
 Cler. auth. inter-
 dicimus C. de Ep-
 & Cler. Concil.
 Tolet. 22. cap. 11.
 Conc. Trid. sess.
 22. c. 1. de refo. &
 sess. 24. c. 12. Conc.
 Mediolanen. rel.
 i c. decorem de
 vita, & hon. Cler.
 Conc. Senon. rel.
 Còc. Aquigr. sub
 Ludouico cap. 83.
 Conc. Mogunt. 4.
 c. 74.
 h c. non oportet
 de cõf. dist. 5. Còc
 quod dicitur A-
 postolorum c. 16.
 Conc. Liod. c. 47.
 & 42. Conc. Cal-
 ced. c. 20. Concil.
 Aurelian. 3. c. 4.
 Conc. Trid. sess.
 23. cap. 16.
 i Conc. Trid. sess.
 21. c. 2. de reform.
 k dist. 47. per totã,
 & 14. quæst. 4.
 l dist. 88. per to-
 tam c. te quidem:
 11. q. 1. & 21. q. 3.
 per totam c. Cle-
 rici officia, & c.
 ex litteris de vit.
 & hon. Cler. cap.
 multa & seq. ne

De Sacramentis eorum- que administra- tione.

C A P. X I V.

2 Exo. 19.

b Rit. de ijs, quę
in Sacram. admin.
generalit. seruand.
da sunt c. prophetauit,
& c. Domin. 1. q. 1. Conc. Trid.
fess. 22. de Sacrif.
Miss. c. 4. in prin.
Conc. Turon. 1. c.
1. c. baptis. de
conf. dist. 4.

c c. secundū dist.
19. c. omnia. cap. d
Proph. c. per Esaiā
& per pl. 1. q. 1. fi-
cuti etiam per pl.
c. cit. dist. de conf.
d c. quando pres-
bit. c. quę iphs dist.
38. arg. Conc. Tri-
fess. 24. c. 9. Conc.
Rauen. 1. sub Clē.
v. c. 11.
e c. nō omnis dist.
37.

SACERDOTES ^a accedentes ad Dominum
sanctificentur, ne percutiat eos: caueant
ideo ^b peccati mortalis obnoxij Sacramen-
ta ministrare, quāuis enim huiusmodi mi-
nisterio alios ^c sanctificent, se ipsos tamen com-
maculant; alijs fructum, sibi verò perniciem affe-
runt, & tanquam contemptores mysteriorum Dei
maledictione repleti à supremo Iudice sēuissimē
punientur.

Quilibet Sacerdos ^d animarum curam gerens
sciat, quę pertinent ad materiam, formam, & in-
tentionem omnium Sacramentorum: erit quippē
à Nobis grauitè corrigendus ille, ^e qui occasione
negligit scientiam huiusmodi, & alia necessariā
addiscendi in disputatione ^f casuum conscientię,
quam ex toto corde bis in mense per totam Dic-
cesim haberi iussimus, & frequentari.

Curati sēpē ^g fideles admoceant: vt rectē, de-
uotē, & præcipua animi puritate ad Sacramento-
rum perceptionem se præparent, eisque vim,
efficaciam, & illorum fructum crebrius insi-
nuent.

Gra-

Gratis h omninò Sacramenta ministranda
sunt, omni prorsus non solum simoniaca labe,
sed etiam auaritię suspitione exclusa. Idcirco ca-
ueant omnes, nē in eorum administratione quid-
quam exigant, aut verbis, aut signis directē, vel
indirectē. Qui secus fecerit vltra i penas à Iure
statutas, erit à Nobis arbitrio nostro grauissimē
punendus.

Baptismi, ^k Eucharistię, & 1 matrimonij Sa-
cramenta in Ecclesia administrantur, nisi alia
postulerit vrgens necessitas, & tunc
quoad Sacramentum matrimonij
cum nostra, vel Vicarij no-
stri Generalis licen-

tia in scrip-
tis.



E

De

Nic. 1. c. 5. Rom. sub Alex. 2. Later. 3. in append. tit. de deposit. c. 2. & tit.
de Simonia c. 13. Constan. fess. 43. Const. 7. cum detestabile Eugenij 4. confir-
matę à Conc. Later. 5. in Bulla de refor. à Trid. fess. 21. c. 1. & fess. 24. c. 14.
de refor. à Pio V. Const. 5. sēpē rel. & ab Alex. 7. Const. inter grauissimas
22. Aug. 1656. k c. non oportet, & c. Clericus de conf. dist. 1. 1. Concil.
Med. 2. apud Gauan. sēpē rel. Verbo Matrimonij celebratio nu. 19. Conc.
Colon. tit. Censurę cap. 33.

f Arg. cap. quia
nonnullis de Ma-
gistris. Conc. Med
1. par. 2. tit. quę
pertinent ad Sa-
cramentū Pœnit.
g Conc. Trid. fess.
24. c. 7. de reform.
h 1. quęst. 1. ferē
per totam, & toto
tit. de Simonia.
Cōc. Sen. in decr.
morū c. 2. Colou.
2. par. 7. c. 1. & par
8. c. 1. Treuer. c.
14. Mogunt. 4. c.
92. Londin. 2. c. 3.
Oxonien. 1. c. 22.
Med. 1. par. 2. tit. 1.
Ritual. Rom. rel.
i. Pœnit. con. Si-
moniacos habentur
in 1. quęst. 1.
per plu. c. & c. si
quis dator q. 3. &
c. ea, quę, & c. vlti-
ead. & q. 7. c. re-
quiritis, & c. vlt. &
15. q. 3. cap. sanē
quisquis: & tit. de
Simonia etiā per
plu. & cap. cū su-
per de confess. ex-
tra. de Simonia c.
eum ad detestabi-
lem, & de sen. ex-
com. c. excomuni-
camus in Concl.

De Sacramento Baptismi.

C A P. X V.

I NTER omnia Ecclesie Sacramenta merito a primum locum obtinet Baptismus, utpote b regenerationis lauacrum, efficiens homines de c filijs iræ filios gratiæ, & etiam iustificationis d principium, per quod omnes filij Adæ culpa e originali labefactati de regione umbræ mortis in f partem sortis Sanctorum vocantur, & g scribuntur in libro vitæ: ideoque maxima h pietate, ac reuerentia exhibendus, ac suscipiendus est. Aqua i pura, k naturalis, & elementaris est eius materia, quæ etiam l debet esse benedicta, quando sic haberi potest: forma m autem est: Ego te Baptizo in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: tandem n intentio baptizantis in eo consistit, ut illud facere intendat, quod Sancta facit mater Ecclesia.

Fons Baptismalis conueniens est, quod sit o lapideus, vel alia materia solida, & in vertice fontis

a Rituale de sac. Bapt. ritè ordinando.
b Ep. ad Titu. 3.
c ibidem, & ad Ephes. 2.
d Conc. Trid. sess. 5. de peccato originali, & sess. 6. c. 7. & sess. 7. in decret. de Sacram.
e Epist. ad Rom. 5. cap. firmissimè tene, c. quæris. in fine c. regenerante de conf. distin. 4.
f Conc. Trid. sess. 5. rel. & sess. 6. cap. 1. de iustificatione f ad Colos. 1.
g Exo. 32. ad Philipp. 4.
h c. Baptismus c. primum c. omnis de conf. dist. 4. Conc. Colon. 2. par. 7. cap. 7. i Ioan. 3. ad Ephes. 5. k Conc. Florent. in decret. Eugenij Trid. sess. 7. c. 2. de Baptismo. l Conc. Mogunt. 4. cap. 14. m De conf. dist. 4. per plurc. Matt. 28. Clem. 1. de sum. Trin. & si. Cath. Conc. Flor. rel. & Trid. c. 4. n Conc. Trid. sess. 7. c. 11. de Sacram. in genere. Conc. Floren. & Colon. 2. rel. o c. omnis presbyter de conf. dist. 4. Rituale de Sacram. Bapt. tit. de tempore, & loco administrandi baptismum in fine, Conc. Illerd. cap. 7.

tis sit Imago p Sancti Ioannis Baptistæ Christu p Baptizantis: ligneum saltem habeat opertorium, intra quod vasa Oleorum Sacrorum conferuentur, & lintei ad tergendum capita; atque adsit prope q Sacrarium in quod aqua illa, qua caput infantis abluitur, statim proiciatur, & alia, quæ in Nostra prima Visitatione circa hunc sacrum fontem fanciuimus, omnino seruari mandamus.

Comater f vnus, & Comater vna ad t summum admittantur in susceptione infantis de sacro fonte: & regularibus vetitum sit u Compates esse absque nostra speciali licentia.

Parochi antequam in Ecclesia paruulum baptizent, x sedulo inquirent, an ipse antea in periculo vitæ constitutus priuatè in edibus baptizatus sit; quo sibi constituto, a baptizando absteineant, & y solùm reliqua de more Ecclesie suppleant: baptizandis autem nomina z Sanctorum imponere curent, a quibus tam animæ, quam corporis auxilium sperare possint: nullusque alius a Sacerdos absque licentia Parochi audeat in Ecclesia solemniter baptizare.

Nulla b Mulier obstetricis fungatur officio, nisi prius a Parochis præuio diligenti examine fuerit approbata, cui si se subijcere recusauerit, & interim baptizare præsumperit, erit a Nobis pœnis affligenda.

Animarum curam gerentes b studeant edisere, in collatione baptismi spirituales cognationem, contrahi solùm inter c suscipientem, & susceptum, eiusque Patrem, & Matrem, inter baptizantem, & baptizatum, ac eius Parentes; inter Coniugem verò d suscipientis, & susceptum nullum cognationis vinculum intercedere.

Similiter moneant Curati Populos sibi commissos, ne baptismum puerorum in longum protrahant, ideoque infra duorum dierum spatium ad

p Rituale rel. Conc. Med. 4. ex Gauan. ver. Baptismus num. 33. q Conc. Med. 4. apud Gauan. rel. num. 4. r c. in Catechismo de conf. dist. 4. f c. non plures de conf. dist. 4. cap. si de cognat. spirit. in 6. Con. Meten. se 1. c. 6. & Mog. 4. c. 19. t Conc. Trid. sess. 24. de refor. Matrim. cap. 2. u Arg. c. nõ licet, & c. Monachi de conf. dist. 4. Conc. Colon. 3. tit. Censuræ c. 16. & Treuer. c. 11. x Rituale de Sacram. Bapt. tit. de sac. oleis, & alijs requisitis. y Arg. c. hi, de quibus, & c. ab antiqua de conf. dist. 4. Cõc. Med. tit. de Bapt. Mogunt. 4. c. 15. Oxõ. 1. c. 16. Rituale tit. de baptizan. paruulis. z Rituale rel. in fine. Conc. Med. 4. apud Gau. rel. num. 8. a Rituale tit. de Ministro Bapt. Conc. Vienn. Provin. c. 8. b Rit. mox. rel.

b Cōc. Trid. ¹ sess. 24. c. 2. de reform. Marrim.
 c Conc. rel. Pius V. Cōst. 14. incip. Sanctissimus. d Ibidem.
 e Rituale tit. de baptizandis parvulis cap. a parvulo. c. M arer Ecclesia de conf. dist. 4. Clemens 1. epist. 4. lib. 6. Cōst. c. 15. f Can. constar. & e. Sanctum est de conf. dist. 4.
 g Conc. rel. & c. in necessitate ead. dist. Eugenius 1^{us}. in decr. uniois: h c. super quibus 30. q. 3. Cōc. Med. 1. p. 2. tit. de bapti. Rituale de Ministro baptisimi. i Rituale de benedict. mulieris post partum. k Conc. Mediol. tit. de Societatibus, & S. Cong. 26. Martij 1602. & 31. Augusti. 1628. apud Nicholium ver. Parochus num. 8.

summu in eos baptizari curent.

In casu necessitatis f Clericus potest baptizare absente Sacerdote; quod si Clericus etiam absit Laicus g baptizet, & si nullus adest istorum, etiam femina h licite baptizat, qui omnes recte materiam, formam, & intentionem huius Sacramenti addiscere curent.

Vbi pia, & laudabilis i consuetudo viget, quod Puerperæ post partum pro incolumitate sua

Deo gratias acturæ in Ecclesia benedictionem postulent,

a Parochi erunt benedicendæ.



De

De Confirmatione.

C A P. X V I.

SACRAMENTVM confirmationis, quo a nouus ardor, noua gratia accenditur in cordibus fidelium, ne vnquam primam fidei lucem, per baptismum succensam in se patiantur extingui, aut desidia, aut torpore, vel temporum tentatione incurfante, seu periculo mortis exterrente, summa b deuotione suscipiendum est.

Idcirco Parochi aliquo die festo, qui huius Sacramenti administrationem præcedat, tempus promulgent, eiusdemque Sacramenti c præstantiam, & salutare effectus Populum suum edoceant, ac nostrum publicent Edictum, vt confirmandi ad illud suscipiendum melius præparentur, qui si mortalis culpæ se senserint obnoxios, ne plenitudini gratiæ obicem ponant, peccata sua d confiteantur.

Parentes filios suos e non nisi septimum ætatis annum excedentes ad Sacramentum hoc suscipiendum inducant, vt illi huius suscepcionis aequallem cognitionem, & in ætate perfectiori reminiscantiam habeant.

Confirmationis Sacramentum f imprimens in anima characterem indelebilem, reiterari non potest: & quibus prohibuimus de baptisimi fonte

a c. omnes fideles c. Spiritus Sanctus. c. de his verò c. nouissimè de conf. dist. 5. Conc. Florent. in decret. Eugenij IV. §. 5. Conc. Colon. par. 7. cap. 8. b c. de his verò rel. & cap. manus ead. dist. c Arg. Concilij Trid. sess. 24. cap. 7. Conc. Mediol. tit. que pertinent ad Sacramentum confirmationis. d c. veni. de conf. dist. 5. Conc. Colon. 2. par. 7. cap. 9. e Conc. Mediol. & Colon. rel. cap. 8. & 9.

f c. dicta est. c. de homine de conf. dist. 5. Greg. 2. ep.

leua-

14 Conc. Trid. sess. 7. c. 9. de Sacram. in genere. Conc. Floren. rel. Conc. Cabil. 3. cap. 27: § Cap. 11. de Cognat. Spirit. in 6. §. ex confirmatio- ne. Concil. Trid. sess. 24. de refor. Matrimon. c. 2. in fine. h c. in baptisate de conf. dist. 4. i Pontificale. k Idem Pontifi- cale.

leuare, prohibemus etiã confirmandos tenere: in hoc g Sacramento similiter sicuti in baptisimo contrahitur cognatio spiritualis.

Vnus tantum, qui sit h confirmatus, vnum teneat, vel ad summum i eadem die duos:

Tres autem absque nostra speciali licentia tenere non presumat: confirmandus si paruulus sit, k in dextero humero teneatur, adultus

quoque

in

dextera, qui pedem sinistrum supra dextrum habeat tenentis.



De

De Sanctissima Eucharistia.

C A P. X V I I.

SANCTISSIMUM Eucharistiæ Sacramentum a sanctitatis, omniumque spiritualium donorum origo, in quo Christus Dominus Auctor gratiæ extremi amoris, extremum pandens iudicium fidelibus, vt pignus resurrectionis, & hereditatis æternæ sub panis, & vini speciebus se ipsum tradit in Edulium, summa reuerentia, pietate, & si fieri posset angelica puritate suscipiendum est.

Ideo quilibet ad illud non presumat e accedere nisi delecta prius omni peccatorum culpa per Sacramentum penitentia, ne accedens indignè d iudicium sibi manducet, & bibat.

Nullus, qui rationis vsu e non polleat, aut sit notoriè f interdictus, g vel excommunicatus, seu h mente captus admittatur, nisi huiusmodi impedimentis sublatis.

Publicos quoque, & manifestos i vsurarios, k Blasphemos, Concubinos, l Meretrices, aliosque m id generis Curati ab hac Sacratissima mensa reiciant, nisi prius verè penitentia n ali- quod certum dederint iudicium.

Et quia summopere Nobis cordi est, & nostra Pastoralis cura sollicitè exposcit, vt quilibet ex nostro grege iuxta præceptum o Ecclesiæ com- muni-

a Rituale de Eucharistiæ Sacram. Conc. Trid. sess. 13. c. 2. 3. & 8. Clē. Si Dominum de reliquijs, & veneratione Sanctorū. b c. nihil c. tribus. c. qui sceleratè c. timorem &c. de conf. dist. 2. Conc. Trid. rel. c. 7. & 8. c. Conc. Trid. rel. &c. 11. Conc. Carthag. 4. c. 17. Leo X. Const. 40. incip. exurge. d 1. ad Cor. 11. e Conc. Trid. sess. 21. cap. 4. & c. 4. Conc. Turon. 3. c. 19. Rituale rel. in fine. f Cap. non est vobis de spons. cap. Responso de sent. Excom. cap. Alma mater eod. tit. in. 6. Rituale rel. g c. si non sunt. a. ta de conf. dist. 2. Clem. 1. ep. 2. Rit.

h Rituale loc. cit.
 i Cap. quia in omnibus de Vfuris.
 Conc. Lat. 3. c. 25.
 K Conc. Mediol. tit. que pertinent ad Sacram. Euch.
 l Ritual. sepè rel. quoad omnes superius adductos.
 m c. in mandatis. dist. 43. & cap. in cœna de conf. dist. 2.
 n Arg. c. Scenicis de conf. dist. 2. Rituale rel.
 o Cap. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss. Conc. Lateranen. 4. c. 21. Treuer. c. 12. Colon. 2. tit. Censuræ c. 34. Cabilon. 3. c. 47. Trid. sess. 13. cap. 9. Soterus epist. 3.
 p Conc. Med. 3. par. 1. tit. que pertinent ad Sacram. pœnit. Conc. Tolet. 19. c. vlt. Conc. Senon. in decret. morum c. 12.
 q Conc. Med. 1. par. 2. tit. que ad Sacram. Sanctæ Eucharistiæ pertinent.
 r Cap. omnis, & Conc. Later. Treuer. Tolet. Colon. rel. & par. 7. c. 21. Conc. Med. 2. tit. 1. de cr. 13.
 s Cœg. Cœc. 30.

municet in Paschate, ideò ad hoc salubre mandatum quantum in Domino possumus ritè promouendum: volumus, & præcipimus, vt omnes animarum curam gerentes post initium Quadragesimæ statim subditarum sibi animarum in peculiari libro omnium vtriusque sexus nomina, ac ætatem inquirendo p ostiatim describant: deinde in Paschate communicantibus signum aliquod tribuant, sigillum, vel schedulam, quam peractis Paschalibus, ab iisdem, quibus dederint, ipsimet recuperabunt, & diligentissime inquirent si qui eo tempore communionem non sumpserint, eos in folio adnotando, quod statim ad nos, vel ad Vicarium nostrum q transmittant, vt huiusmodi præcepti contemptores r debita pena merito plectantur: si verò pertinaces, & inobedientes diabolicè perseuerauerint, excommunicationis mucrone l feriantur: absentes verò, vel itinerantes in eorum reditu signum, seu attestacionem sese in aliqua Parochiali Ecclesia communicasse proprio Parocho e ostendere teneantur; & si non sint communicati infra octo dies in propria Parochia Sacram. communionem u sumant sub pœnis, vt supra infligendis.

Curent etiam Parochi, vt adolescentes in ætate congruenti constitutos, in qua huius Sacramenti sint capaces, saluberrimo ferculo rœdiant, sed prius x eos examinent de rebus Fidei (quas quilibet scire, & explicite credere tenetur) deinde quid de hoc Sanctissimo Sacramento y sentire, & credere debeant sepè sepè edoceant, ipsiusque excellentiam, vim, efficaciam, ac dignitatem; & quòd in illo verum z corpus Domini nostri realiter, & substantialiter maneat cum accidentibus panis vnitum: eius verò sanguis, anima, & diuinitas a concomitanter contineatur. Item eos, quòd ante communionem ab omni b immu-

munditia anima expurganda est iuxta illud Pauli: e probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat; & post illam sacramentalem refectionem, quòd preces suas fundere debeant d pro gratiarum actione, perpendentes e quanta fecerit animabus eorum munificentissimus opifex Deus, semetipsum manducandum tribuens in venerabili Eucharistia, libenti animo instruant.

vel reparandis cap. nobis de iure patronatus c. Nemo de cons. dist. 1. Concil.
Mediol. 4. par. 1. tit. de Ecclesiarum fabrica.

ctæ habeantur: & per ipsam cum r oneribus non
fiat transitus.

Ante fores Templi nolumus l res venales ex-
poni, nequē m Mimorum, aut Istrionum ludos
permitti, vel alias profanas aciones fieri, & n
præsertim dum celebrantur diuina officia.

Ianuz, tam Cathedralis, quam Collegiata-
rum, & Parochialium Ecclesiarum o post solis
occasum claudantur, & in aurora maxime in die-
bus festis aperiantur.

Absque nostra licentia Ecclesiam p à funda-
mentis ædificari prohibemus: item Aras q extrui,
vel deuastari. Altaria, quæ indotata sunt, & nu-
da supellecilibus necessarijs, Erectoribus, vel Pa-
tronis Altaris, seu Cappellæ citatis, & præfixo
termino ad prouidendum de opportunis, ac simul
dotandum, eoque elapso (nisi paruerint) demo-
liantur, vel alijs, qui velint ipsa de necessarijs
prouidere, concedantur.

Altare, si totum consecratum est, totum quo-
que tela f operiatur, secus autem Altare portat-
ile, seu sacratum lapidem eadem tela necesse est
obducere.

Super Aram maiorem, cæterasque minores, quæ
sub fornicibus non sunt, t umbraculum forma
quadrata saltim de aliqua tela colorata pen-
deat.

Quodcumque Altare præter alia n tribus mun-
dis mappis, vel saltim duabus, quarum vna sit
complicata, tegatur, vltimam verò, quæ tangit
sa-

facratum lapidem de z lino, vt aliæ duæ non gos-
sipio contextam esse statuimus.

Ecclesiæ iam dirutæ si nequeunt reparari præ-
uia nostra licentia in y prophanos vsus, non ta-
men sordidos (Cruce ibi erecta) conuerti posse
permittimus.

Ad Cappellam subterraneã in festiuitatibus, in
quibus fidelium concursus ad eam inuisendam ac-
cedit, non admittantur z mulieres, nisi statuto
tempore, quo Ecclesiarum Rectores viros arce-
bunt.

Tandē quia a Domū Dei decet sanctitudo, ideo
nil impium, aut detestabile in Ecclesia fiat, ideo
non b rixæ, non incursiones armata manu: con-
trauenientes autem, vt in Edicto nostro
particulari promulgauimus, pæ-
nas in eo contentas se-
nouerint incur-
risse.



I De

y Conc. Trid. sess. 21. c. 7. de refor.

z Conc. Mediol. 4. p. 1. tit. de religiosa in sacris locis conuersatione.

a Psal. 92. c. Decet. de immunit. Ecclesiarum &c. in 6.

b Cap. si quis il primo 17. quæst. 3. Conc. Mogunt 3. c. 31. Conc. Tribur. 1.
c. 4. & 6. Conc. Mediol. 4. rel.

q e. quauis Cho-
repiſcopis dist. 48

c. nullus præſbi-
ter de cons. dist. 1.

r arg. ex plur. de
cif. a Sac. Cong. e-

man. pro Eccles.
Regul. & præſer.

tim 2. Maij 1601.

& 28. Ianu. 1618.

apud Nicol. ſtoſe.
ver. Altare n. 10.

f Conc. Mediol.
4. par. 1. tit. de or-
natu, decore, ac

nitore Sacrorum
locorum.

t Conc. Mediol.
4. cit. tit. de Cap-
pellis, & Altari-

bus Cærem. Epif.
apud Gauan. ver.

Altare num. 16.

u arg. c. si per ne-
gligentia de cons.

dist. 2. Missale in
subr. gen. tit. 20. de

preparat. Altaris,
& ornamentorum

eius.

x arg. ex c. si per
negligentiam rel.

& ex Missali de
defect. in celebr.

Missar. occurrent
tit. 10. de defect.

in minist. ipso oc-
current n. 12. qui.

bus in locis tam
prima, & secunda,

quã tertia mappa
nomine inteiap-

pellantur.

De sepulturis, ac funeribus.

C A P. XXIV.

CORPORA a publici excommunicati, b Concubinarij, manifesti c Vfurarij, aut in se ipsos d manus inferentium, si e impoenitentes decedant, careant Ecclesiastica sepultura: & æquum est à loco sacro eadem arcere, si diuinæ gratiæ suffragijs eorum animæ destitutæ sunt.

Omnibus Parochis, & Ecclesiarum Rectoribus præcipimus à Sepulchris, quæ sub Altari existunt, cadauerum ossa, & cineres amouere, tumulosque in perpetuum claudere, cum non debeat celebratio Missarum iuxta f præscriptum Sacrorum Canonum in illis permitti.

Absque g Nostra, vel Vicarij nostri Generalis licentia in scriptis obtenta, cadauera sepulturis tradita exhumare, & extra Ecclesiam ferre pro recognitione faciendæ corporis delicti, nullus præ-

Cap. quia in omnibus de vfuris. Clemen. 1. de sepul. Conc. Rau. 4. sub Ioan. 22. cap. 15. Conc. Later. 3. c. 25.

d c. placuit 23. q. 5. Cõc. Colon. 2. par. 7. c. 51. Arg. cap. ex parte de sepul.

e Rituale quoad omnes rel. De exequijs. f c. præcipiendum 13. q. 2. in fine. Conc. Mediol. 4. par. 1. tit. de sepulchris Sac. Cong. in vna Tran. 10. Nouem. 1599. apud Nicol. ver. Altare. n. 7.

g Sac. Cong. Immun. in vna nullius 2. Maij 1629.

h Sac. Cong. in vna Iesi. 17. Dec. 1602. & in altera Sutr. Iun. 1604. apud

præsumat sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, quod si recognitio cadaueris, aut vulnerati faciendæ sit in Ecclesia, h sciant licentiã hanc obtinendam esse a Sac. Congregatione.

Cum i sancta, & salubris sit cogitatio pro defunctis exorare, aliquo iam morte correpto Sacrista illius Ecclesiæ ad quam deferendum est cadauer, monitus, statim exhibeat signum obitus illius sono k Campanæ, quem audientes fideles l pro anima defuncti preces ad Deum fundere valeant, quos etiam hortamur, vt si in via eundem obuium habent, eo tempore, quo defertur ad Ecclesiam, aut si in Ecclesia cernunt expositum, Psalmo De profundis, vel alijs orationibus m Deum feruenter rogent pro anima illius.

Totus Clerus, tam Sæcularis, quàm Regularis pro associandis Cadaueribus ad n Ecclesiam Parochialem, in cuius limites defunctus existit, & inde cum Parocho ad Domum defuncti conuenire debet: quod si cadauer expositum fuerit in aliqua alia Ecclesia, ad o eandem conueniat, & inde p recto tramite, ac q breuiori via deferatur ad Ecclesiam, in qua tumulandum est.

Regulares cuiuscumque Ordinis, sub quocumque prætextu ad proprias Ecclesias deferre cadauera sepelienda nullatenus audeant, nisi r vocato, & expectato Parocho defuncti, aut Capitulo, si fuerit vocatum, iuxta præscriptum declarationis Sac. Cong.

Cadauera pauperum, & miserabilium personarum s gratis sepelienda sunt, prout censuit eadem Sac. Cong.

In funeribus aduenarum, aut Peregrinorum, qui in aliqua Parochia decedunt, ad amouendam omnem auaritiæ suspitionem, non debet Parochus t plus recipere pro tumulandis eorum cadaueribus, quam aliorum Ciuium, prout re-

Lantuscæ in Thea. Regul. Ven. cadauera n. 3. nam Lai- ci in causis criminalibus à foro Ecclesiastico non sumunt iudicia Sac. Cong. Epil. in vna Callien. 22. Nou. 1609. apud rel. cap. cum Ecclesia de immunitate &c. cap. Decet. eod. tit. in 6. Cõc. Col. 2. par. 3. cap. 24. Conc. Med. 1. par. 2. tit. de Eccle. i 2. Machab. 12. k Conc. Med. 3. tit. de Parochis in fine:

l iuxta c. cũ gratia, & c. non estimemus 13. quæst. 2. m c. pro obeuntibus c. animæ defistorum c. tempus. c. qui diuina 13. q. 2.

n Sac. Cong. Epil. 13. Nou. 1600. & Sac. Cong. Rit. 15. Decem. 1632. apud Lantuscæ verb. exequijs num. 4. o Sac. Cong. 26. Aug. 1616. apud Gau. eod. ver. n. 11. p Sac. Cong. 14. Jan. 1639. & pro regularibus 11. De cemb. 1615. apud Lantuscæ rel. n. 6. ad quartum, & Gauan. num. 25. q Conc. Med. 4.

par. 1. tit. de fune-
ribus, & exequijs
r Sac. Cong. 12. Ia-
nuarij 1604. apud
Gau. n. 9. & Lan-
tuscum n. 5. & in
vna Camer. 21.
Nouemb. 1637.
apud Lantuscum
cic. n. 7. ad 2.
f Sac. Cong. Epif.
in vna Cassan. 5.
Maij 1617. apud
Nicol. ver. sepul-
tura n. 21. & Gau.
ver. exequijs n. 48.
Conc. Med. 1. par.
2. tit. de funer. &
exequijs.
r Sac. Cong. 25.
Maij 1640. & 8.
Martij 1646. apud
Nicol. ver. Sepul-
tura num. 24.
u c. quæta est cap.
postquam c. in Ec-
clesiastico, & cap.
pæcipiendum 13.
q. 2. cap. suam de
Simonia. cap. abo-
lédq. de sepulturis.
Conc. Later. 3. c.
7. Conc. Colon. 2.
par. 7. cap. 28.
x Rituale de exe-
quijs paruulorū.
y Rituale tit. qui-
bus non licet dari
Ecclesiasticam se-
pulturam.

z Iuxta c. placuit §. sed aliud 13. q. 2. cap. de vxore cap. in nostrade sepulc.
cap. cum quis cap. is, qui cap. licet eod. tit. in 6. Clemen. Dudum eod.
extra eod. cap. detestandq. cap. pactum de pactis in 6.
a Iuxta c. vbiq. §. quia ergo 13. q. 2. & cap. licet de sepulturis in 6.
b iuxta c. Ebron. & c. vnaqueque §. item 13. q. 2. cap. nos instituta de
sepulc. & cap. licet eod. tit. in 6. c. Reformatio Cleri Germaniq. c. 6.
d Cōc. Med. 4. p. 1. tit. de Cœmeterijs, & tit. de ornatu decore, ac nitore, &c

solutum fuit à Sac. Cong. Concilij sub pœna No-
bis reseruata; quam etiam incurrerent omnes ij, qui
in sepeliendis cadaueribus aliquid u paciscuntur,
aut pignus vllum accipiunt.

Puerorum ante septennium decedentium sepul-
tura à cœteris adultorum in Ecclesia x separatæ
sint.

Corpora y infantium, qui sine Baptismo mori-
untur in loco particulari non consecrato, sed
propè Ecclesiam tumultentur.

Si quis absque z electione sepulture decesserit,
in sua a Parochia sepelietur, nisi alibi sui maio-
res b sibi ipsis, & pōsteris monumentum posue-
rint.

Nullo pacto sepeliantur in Ecclesijs, vel Cœ-
meterijs Cadauera illorum, qui vel repentina mor-
te obierint, vel occisi, aut ignoti sint, nisi con-
stituto prius, c eos præcepto Ecclesie saltim in
Paschate paruisse, aut signa dedisse pœniten-
tiæ.

Cœmeteria præcipimus religiosè d custodiri,
& propterea vndequaue claudantur, ne animalibus
intus ea pateat accessus; adsit in medio Crux,
herbæque omnes, ac arbores ab eo penitus amo-
ueantur.

De

De Bonis Ecclesiæ con- seruandis, & de eo- rum recta admi- nistratio- ne.

C A P. X X V.

CVM Ecclesiæ, piorumque locorum bona
a sint verum Christi patrimonium, quæ
sibi ex totius Orbis plenitudine, tanquã
propria reseruauit, idcirco omni dili-
genti custodia b conseruanda sunt: præcipimus
ergo omnibus, tam Cathedralis Ecclesiæ, quàm
Collegiatarum, & Parochialium Archipræsby-
teris, Canonicis, Rectoribus, & cæterarum Ec-
clesiarum Præfæctis, siuè Administratoribus, ac
Beneficia Ecclesiastica, etiam simplicia, & de
Jurepatronatus obtinentibus, piorumque, loco-
rum Procuratoribus, vt prædictarum Ecclesia-
rum, seu beneficiorum, ab ipsis obtentorum, om-
nium, & singulorum bonorum tam nobilium,
quam immobilium, aut se mouentium, iurium,
actionum, ac Censuum, seu reddituum rationem
diligentissimè conquirant (stabilium verò etiam
plan-

a c. qui Christi
c. nulli c. prædica-
cap. qui abstulerit
12. quæst. 2. cap.
cum secundum
de præbendis, & c.
cui ex eo de elect.
Rec. in 6.
b c. expedit 11. q.
1. Conc. Mediol.
1. par. 2. tit. quæ
pertinent ad bono-
rum. iurium &c

c Cap. charitatem 12. q. 2. Clemen. quia contingit de Religiosis domibus Cōc. Mediol. 1. par. 2. tit. quæ pertinent &c.
 d Conc. Mediol. loc. cit.
 e Conc. Med. rel. f c. prædia cum seq. 12. q. 2. c. de vi ro c. Monemus c. de rebus ead. c. in canonibus c. similiter, & c. quia 16. q. 1. c. de laicis c. illud c. non liceat c. sicut c. non habenti ead. 12. q. 2. c. paternarum 24. q. 3. Conc. Trid. sess. 25. c. 11. de reform. Conc. Oxon. c. 1. Caleed. c. 21. Tol. 9. c. 1. & Tolet. 13. c. 7. Brachar. 3. c. 8. Valent. 2. c. 8. Rom 6. sub Symmacho. Melden. c. 60. & 61. Nicen. 2. c. 13. Mogunt. 3. c. 6. & 11. Later. 3. in append. tit. de excō. c. 6. & Later. 5. sess. 21. Bulla de refor. Curie c. 3. Turon. 4. c. 14. Raven. 3. c. 7. Mediol. 1. loc. rel. Nicol. 1. epist. 9. 40. & 59. & in append. epist. 16. & in decr. tit. de Ecclef. c. 2. & 3. Bul-

plantam, seu, vt vulgò, dicitur la platea Confi-
 ciant) eorumque omnium c inuentarium per pu-
 blicum Notarium coram Testibus fide dignis effi-
 ciatur, quod infra quatuor menses ab huius de-
 creti publicatione omninò habere curent; & si
 aliqui dictum Inuentarium, iam ab antiquo con-
 sectum habent, nè ob finium mutationes (quæ
 progressu temporis fiunt) multorum bonorum
 memoria euanescat, volumus, vt denuò ipsum
 conficiant, & in singulis Decennijs d renouent;
 cuius, & aliorum, vt supra diximus, conficien-
 dorum copiam ad e nostrum Archiuum trans-
 mitti volumus.

Vsurpantes, f aut quacumque arte, seu quo-
 nis qualito colore per se, aut per alios in debite
 occupantes quorumcumque locorum Piorum
 iurisdictiones, Bona, Censur, ac Iura, etiam
 feudalia, ac emphyteotica, fructus, emolumenta,
 seu quascumque obuentiones, iisdem Pijis lo-
 cis applicandas; vel impediendes, ne fructus per-
 cipiantur, à quibus debent, sciant incidere in
 censuras, & penas per Conc. Trid. & sacros Can-
 ones dispositas, & insuper in alias arbitrio No-
 stro infligendas.

In Ecclesiarum, & aliorum Piorum Locorum
 bonis immobilibus, aut mobilibus prætiosis ven-
 dendis, vel alio quouis modo alienandis seruentur
 solemnitates à Iure præscriptæ iuxta Extrana-
 gantem g de rebus Ecclesie non alienandis, sub
 pœnis in eadem contentis: alia verò mobilia, vel
 supellectilia h non prætiosa, & quæ seruandò
 seruari non possunt Nobis, aut Vicario nostro
 inconsultis etiam vendi, aut alio quouis modo
 distrahi, & alienari prohibemus, sub pœnis ad
 arbitrium Nostrum.

Locationes quoque bonorum Ecclesie, loco-
 rum Piorum i ultra triennium non admittantur
 iuxta

iuxta dispositionem prædictæ extrauagantis;
 quemadmodum si fiant anticipatis solutionibus k
 in præiudicium Successorum in beneficio, prout
 in noualibus, & Siluis cæduis, irritæ sint: &
 absq; Nostra, l vel Vicarij nostri licentia nemini
 liceat eadem bona locare, vel in emphyteusim,
 seu ad tempus consanguineis intra tertium gradum
 sub pœna nullitatis, & alijs Nobis reseruatatis em-
 phyteusis verò perpetuas l ultra tres generationes
 fieri omninò prohibemus.

Sancimus etiam, vt quotiescumque ex aliquo
 contractu, vel Censu pecunia Cathedralis, aut
 Collegiatarum Canonicis, seu beneficiatis, alijs-
 que locis Pijis cum onere reinuestiendi restituitur,
 non posse iisdem Canonicis, aut beneficiatis, vel
 locis Pijis breui manu restitui, sed Depositario co-
 rundem, certioratis Officialibus, & Vicario Ge-
 nerali in Ciuitate, in alijs verò locis Vicario so-
 raneo, seu Parocho, qui teneantur singulis men-
 sibus facere diligentias pro dictarum pecuniarum
 reinuestimento, siue in bonis stabilibus, sin mi-
 nus in Censibus tutis, & exigibilibus m cum
 cautione, alijsque cautelis ad formam Bullæ n
 Pij V. de creandis Censibus, & Censum aliter
 constitutum nullum, & sceneratitium declaramus:
 quod si per mensem non reperiatur reinuestimen-
 tum teneantur nos certiotes facere; si verò aliqui
 in posterum pecunias huiusmodi in n proprios
 vsus conuertere aut o suis Cōsanguineis, non ser-
 uatis prædictæ Bullæ solemnitatibus tradere, licet
 cum annua præstatione ad formam Censur, nec
 non titulo elemosynæ ausi fuerint, penam ex-
 cōmunicationis Nobis tantummodo reseruatam,
 nonerint se ipso facto incurrisse.

Mortuo Beneficiato scripturæ, & inuentarii m,
 ad beneficium pertinentia p gratis Successori ab
 hæredibus assignentur, etiam si defunctus benefi-
 cia-

la Cōue excōm. 17. 5. quie iuris-
 dictiones, &c.
 g Paulus II. Cōst. 5. Incip. Ambitio-
 se. Urbanns VIII. 1.
 Const. 51. incip. Humanæ Arg. c. non liceat il primo 12. q. 2.
 h c. Abbatibus, & c. si qua 12. quæst. 2. Conc. Tolet. 17. c. 4. Arg. c. Episcopus; & c. præcipimus 12. q. 1. & cap. Terras. c. quilibet, & c. Statuimus ead. q. 2.
 i Paulus II. & Urbanus VIII. in rel. Const. k Conc. Trid. sess. 25. c. 11. de reform. Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. quæ pertinent ad bonorū, & iurum &c.
 l Arg. c. indicatū §. propinquus, & c. decenter dist. 89. Conc. Med. 1. rel. & Med. 2. tit. 3. decr. 5. & Med. 4. par. 2. tit. quæ pertinent ad Capitula Cathedralium, & c. Alex. VII. Const. sub dat. 23. Aprilis 1657. incip. In superma, & cōfirmat extra. rel. Pau. II. l Sac. Cong. Ep. in vna Caputaq. 21. Octob. 1611. m Cōc. Med. 1. p.

3. tit. de piorum locorum administr. n. Const. 79. incip. Cum onus. n. c. Episcopus. c. res Ecclesie, & c. nulli 12. q. 1. c. ratio. 17. q. 4. o. c. Episcopus rel cap. quisquis Episcopus 12. q. 2. Can. qui dicuntur Apostolorum cap. 75. Arg. ex ijs, que allegata sunt sub lit. l. p. Conc. Med. 3. tit. de ijs, que ad bona Ecclesiastica tuenda pertinent. q. Conc. Med. 1. par. 2. tit. que pertinent ad bonor. & iurium &c. r. Arg. ex reg. ratu 9. & reg. quod omnes 29. de reg. iuris in 6. f. Excomm. 17. §. quine iurisdictiones. t. Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. de Eccl. & earum cultu. & Med. 2. tit. 2. decr. 19. u. Arg. c. si quis de Clericis il primo, & il secondo 12. q. 2. Conc. Raven. 3. c. 17. Cōc. Agath. c. 26. Con. Med. 1. par. 3. tit. de piorum locorum administr. & par. 2.

ciatus aliquid pro ipsis conficiendis soluerit.

Si verò Ecclesiarum bona Laicis in emphyteusim, vel alio modo concessa deuoluta sint, mandamus ijsdem Ecclesiarum Rectoribus, & Piorum locorum administratoribus sub grauissimis poenis arbitrio nostro infligendis, vt illa quamprimum Nobis denuncient, ne in q. damnum Ecclesiarum, & contra Sac. Can. formam caducitatis poena remittatur.

Capitulum Camerarij, aut Syndici nullo pacto absque r. Capituli speciali consensu de pecunia, frumento, aut alijs fructibus ad idem Capitulum spectantibus arbitrari possint, alias volumus teneri de proprio.

Cunctis Parochis nostræ Diocesis mandamus, vt quolibet Anno Populis sibi commissis censuras ex Bulla in Cœna Domini s. contra vsurpantes bona Ecclesiastica enuncient.

Omnibus Cathedralis, seu Collegiatarum Ecclesiarum Archipresbyteris, & Canonicis, Rectoribus, Sacristis, & Monialibus, seu Confraternitatibus, aut cuiuscumque Oratorij Officialibus prohibemus sacras, vel profanas suppellestiles t. alijs commodare, alioque asportare absque licentia nostri Vicarij generalis in Ciuitate, & in Diocesi Vicarij Foranei sub poena arbitrio Nostro.

Cuilibet Notario sub poena Excommunicationis præcipimus, ne pias decedentium ex hac vita voluntates, piasque legata Ecclesijs facta, & quæcumque ad beneficium spectantia u occultent, vel alio asportent, sed in scriptis ad nos post obitum Testatoris infra mensem ad summum deferant, vt quamprimum eorum voluntates x executioni demandentur.

Impedientes directè, vel indirectè eos, qui testamenta condere volunt, legata relinquere, dona-

nationes, vel inter viuos, vel causa mortis facere ad pias causas excommunicationi subiaceant.

Ea demum, que in Edicto Nostro contra vsurpatores bonorum Ecclesiasticorum promulgauimus, omninò obseruari mandamus.

De Regularibus.

C A P. X X V I.

HVIVS nostræ Ciuitatis, & Diocesis Regulares omnes in Domino hortamur, vt ea Religiosa vitæ exempla, que eorum Status, a ac professio postulare videtur, secularibus præbeant, quibus sic Deo bplacentes præuij ductores erunt ad viam salutis, deuios inducentes, atque tardos stimulant.

Nullus Confessarij munus c. audeat exercere nisi prius a nobis approbatus; & circa absolutio-nem a censuris, & peccatis, nobis d. præsertim reseruatis decreta a Sac. Congregatione pluries emanata penitus obseruet sub poenis in eisdem decretis contentis: in ordine verò ad absoluendos k adue-

Pius V. Const. 133. Incip. Romani. Greg. XIII. Const. 9. Incip. in tanta Vrban. VIII. Const. 92. Incip. Cum sicut. d. Sac. Cong. 9. Ianuar. 1601. & 29. Nou. 1602. de Mandato Clem. VIII. 7. Ianuar. 1607. Paul. V. 17. Nou. 1628. Urb. VIII. 10. Decemb. 1647. Innoc. X. Clem. 1. Religiosis de priuilegijs &c. extra inter cistias eod. Clem. Dudum de sepult. Conc. Later. 5. Const. 4. dum intra. Conc. Senon. in decr. mor. cap. 37. Clemens X. Constitutio sub dat. 20. Iunij 1670. Incipit Super-

tit. que pertinent ad sacram poen. administr. de castibus reseruatis cas. 10. & Mediol. 2. tit. 3. decr. 17. & Mediol. 3. tit. de ijs, que ad bona &c. Conc. Raven. 2. sub Clem. 5. c. 31 Conc. Regiaticinum c. 15. x Iuxta disposit. Conc. Trid. sess. 22. c. 8. de refor.

a Conc. Trid. sess. 25. c. 1. de Regul. b Epist. ad Colof. c. c. peruenit. c. interdiximus c. adijcimus §. quod verò c. sic viuè cum seq. 16. q. 1. Concil. Trid. sess. 23. cap. 15. de refor. Conc. Treuer. capit. 12. Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. que pertinent ad Sacram. poenit. administr.

e Nam fraus, & dolus alicui patrocinari non debent cap. ex tenore de rescriptis, & cap. cum dilectus de Religiosis domibus.

f Conf. Mozrell

74

aduenas, & peregrinos sciant huius nostræ Diœcesis Confessarij Regulares sese non posse absolueri à casibus Episcopis reseruatissimos, qui e in fraudem reseruationis, & data opera ad illos migrauerint ex aliena

Diœcesi pro absoluteione obtinenda à prædictis casibus, etiamsi tales non sint reseruati

in hac nostra Diœcesi iuxta Constitutionem Clementis

X. f nuperrimè editam.

**



De

75

De Monialibus, & earum Ministris.

C A P. X X V I I.

VIRGINES Deo dicatæ sub peculiari Christi, & Beatissimæ Virginis protectione, à mundi periculis erectæ, & à sæculi consortio segregatæ, cum a optimam partem elegerint beneficium agnoscant, Deoque Optimo Maximo acceptum referant, ac spiritualibus delicijs prægustatis despiciant vana mundi oblectamenta, & suo Sponso Christo intus b placere omni conatu studentes in charitate, in patientia, in puritate, & reliquis virtutibus ad cœlestes, ac æternas delicias aspirent, vt ita Oleum bonorum operum secum semper habentes, e cum venerit Sponsus, intrent cum eo ad nuptias.

Confessarium (cuius officium vltra triennium d non protrahatur) habeant à Nobis e assignatum, qui f matura ætate, & bonis moribus præditus sit, ac g in Theologia saltem morali instructus.

Abfq; h Nostra, seu Vicarij Nostri licentia, nisi occasione ministrandi i Sacramenta Monialibus infirmis in Monasterium non ingrediatur, & tunc

K 2

su-

a Luc. 10.

b 2. ad Cor. 5. & 1. ad Thessal. 2.

c Matt. 25.

d Sac. Cong. Cœc. 15. Feb. 1593. 2. Octob. 1626. & 27. Martij 1647. apud Nicolium ver. Confessarius n. 36. & Laurentiam eod. n. 13.

e Greg. 15. Const.

18. incip. inscruta-
bili. Clemens X.
Constitutio. rel.
Conc. Colon. 3.
tit. Censurę cap.
37.

f Conc. Med. 1.
par. 3. tit. de Con-
cionatoribus &c.
g Arg. cap. qui
vult de pœnit. dist.
6. & c. qui pœni-
tet ead. dist. 1.
Conc. Mogunt. 4.
cap. 22. Concil.
Rom. 7. sub Greg.
7. cap. 5. Concil.
Colon. 2. par. 7. c.
33.

h Conc. Trid. sess.
25. cap. 5. de Re-
gularibus Concil.
Feroiul. cap. 12.
Turon. 3. cap. 29.
Mogunt. 4. capit.
79. Mediol. 1. rel.
& Mediol. 5. par.
3. tit. quę ad Mo-
niales pertinent.
Greg. 13. Const.
28. incip. Vbi gra-
tię Sac. Cong. 13.
Sept. 1583. apud

Lantuscum Ver. Clausura Monialium num. 7. & 4. sept. 1596. apud Ganan.
eod. ver. num. 37.

i Sac. Cong. rel.

k Concil. Mediolan. 5. rel.

l Conc. Med. 4. par. 3. tit. de Monialibus. a Arg. Alex. VII. Const. incip.
Sacrosancti 30. Martij 1658.

m Const. rel. Alexan. VII.

n Arg. Concil. Colon. 2. par. 10. cap. 8. Rituale de Sacram. pœnit. tit.
Ordo ministrandi &c.

o Arg. Cap. Omnis vtriusque de pœnit. & remiss.

p Concil. Mediolan. 1. par. 3. tit. de Concionatoribus &c.

superpelliceo, & Stola indutus à duabus k senio-
ribus Monialibus associatus, quę ipsum Sacramen-
ta infirmę ministrantem videant, confessionem,
vero excipientem non audiant, eique semper assi-
stant.

Fenestella l pro communione Monialiũ dupli-
ci porta interiori, & exteriori obducta sit; clavis,
qua clauditur porta interior sit apud Abbatissam,
vel Priorissam, & altera, qua clauditur exterior
sit penes Confessarium.

Confessarius, nec in Sede Confessionali, nec ex-
trā ipsam nisi necessitas postulet, m habeat col-
loquia cum Monialibus, & desiderium æquale,
demonstret in earum voluntatibus ad Cœlestium,
ęternarumque rerum amorem promouendis. Quā-
do confessiones illarum excipit, caueat circa vo-
tum castitatis n importunis interrogationibus
vti, sed eas ad votorum obseruationem perfectam
ad Officium diuinũ in Choro persoluendũ; nihil
tamquam proprium possidendum, ornatum ex-
teriori omninõ detestandum, & in sua vocatio-
ne constanter insistendum enixè hortetur: in vitio-
rum redargutione itā generaliter loquatur vt Mo-
niales in alterius peccati notitiã o non inducan-
tur. Confessionalis fenestella duplici lamina per-
forata obducatur, quarum foramina p sint adeo
exi-

exigua, vt nullatenus pœnitentes Moniales secer-
ni possint,

Propè q Monasterium sub pœna arbitrio nõ-
stro nullo pacto meretrices habitare permittan-
tur.

Monasterij Procurator cum idonea fideiussioe
promittat suum munus fideliter r exerciturum;
& quolibet anno suę administrationis f rationem
reddat coram Vicario Nostro Generali.

Abbatissa, vel Priorissa librum, nisi adsit, con-
ficiat, in quo ordinatum cum appositione diei,
mensis, & anni introitus, & exitus Monasterij
describantur, & quotannis t nobis rationem red-
dant coram Syndicis, vel Deputatis Monasterij:
adnotentur in alio u acceptationes Monialicum
nomine, cognomine qualitate dotis, & nomine
Vicarij Generalis, ac Notarij Episcopalis: in vl-
timo x adsint descriptę singulę resolutionis capi-
tuli Monialium.

Clausurę porta duplici, & diuersa clauis y mu-
niatur, vna verò apud Abbatissam, altera apud
Iatricem conseruetur.

Qui quomodocumque Virginẽ, vel viduã ad in-
grediendum Monasterium, vel Religionis habi-
tum suscipiendum, aut professionem emittendam
coegerint, seu consilium, auxilium, fauorem, vel
authoritatem interposuerint; siuẽ sanctam Virgi-
nem, aut aliarum mulierum voluntatem accipien-
di veli, seu voti emittendi, quoquomodo sine iux-
ta causa impederint, nouerint ipso facto se ex-
communicationem incurrere z iuxta Sacrosancti
Concilij Tridentini, & Sacrorum Canonum de-
creta.

Non liceat Monialibus nobis subiectis dare ad
Censum pecunias quoquomodo ad Monasterium
prouenientes, aut in bonis stabilibus eas inuesti-
re absque Nostri, seu Vicarij nostri Generalis li-
cen-

q Conc. Mediol.
1. par. 3. tit. de
Clausura &c. Sac.
Cong. in vna Pe-
rus. 23. Iulij 1602.
apud Nicol. ver.
Meretrix. num. 4.
Arg. Greg. 1. lib.
1. Epist. 43.

r Conc. Mediol.
rel. tit. de Con-
cionatoribus &c.
f iuxta disposit.
Clem. quia con-
tingit de religiosis
dombus §. vt au-
tem premissa, &
Conc. Trid. sess.
22. c. 9. de refor.
Greg. 15. Const.
18. incip. Inscruta-
tabili.

t Conc. Mediol.
1. rel. tit. de Pre-
fectis, & alijs Mi-
nistris Monial.
u Conc. Med. rel.
tit. de Nouitijs ad
professionem reci-
piendis.
x Conc. Med. rel.
tit. de puellis ad
Religionem ad-
mitterendis.

y Conc. Med. rel.
tit. de Prefectis,
&c.

z Conc. Trid. sess.
25. de regul. cap.
18. c. puella 20. q.
2. & c. hoc Sanctũ
32. q. 2.

a Conc. Med. 4.
par. 3. tit. de Mo-
nialibus.

cētia, qui vna cum deputatis à Nobis super ne-
goria Monasterij diligenter inquirat pro assecura-
tione dictarum pecuniarum, ne hoc pacto in his
contractibus in posterum a decipiantur: in Dice-
cesi verò cum interuentu; & decreto Vicarij Fo-
rānci, sub pœna nullitatis dictorum contra-
ctuum.

Cœtera demum, quæ in Ediçto Nostro parti-
culari super eodem titulo de Monia-
libus sanciuimus esse attentè
obseruanda præci-
pimus.



De

De Confraternita- tibus.

C A P. X X V I I I.

IN Confraternitatibus, quæ a ad componen-
dos Populi mores, pacem, & concordiam
fidelium animis inferendum, institutæ sunt,
adeò, vt sese mutuo exhortantes, & ad pro-
mouendam erga Deum, & proximum charitatem
extimulantes ad obfistendum peccato, & Diaboli
conatibus, ad consulendum de medijs, quibus
pauperum egestati, ac miserabilium infirmitati
subueniri queat, in medio eorum Deo existente,
sancta consilia, ac vota adiuuante, & exaudiente,
orationibus Eleemosynis, misericordiae operibus,
Sacramentorum frequentatione, vberimis virtu-
tum fructibus Christianam Rempubicam dilect-
cant, hæc quæ sequuntur obseruari manda-
mus.

Inter Confratres præuio scrutinio b eos ad-
mitti, tantummodò volumus, qui rudimenta
fidei, & Doctrinam Christianam sciant, specimen-
que præferant vitæ laudabilis.

In Oratorijs, seu Ecclesijs, cuiuslibet Confrat-
rum c arma deferre, & præcipue quando sunt
sacro induti vetitum sit sub pœna cassationis, &
alijs arbitrio Nostro.

a Confraternitas
tum institutiones
diuersæ ad diuersos
Christianæ pie-
tatis actus ordi-
natæ sunt, qui in
vniuersisq; erec-
tionis Bulla, &
proprijs cuiusli-
bet Statutis, vel
Constitutionibus
continentur. Flau.
Cherub. in Com-
pend. Bull. Schol.
ad Const. 8. Pij
IV. Incip. In iun-
ctum, & Par. Brâ.
caus Epit. cau:
Ver. Confratres,
& Confraternita-
tes per omnes rit.
b Conc. Mediol;
5. par. 3. tit. quæ ad
Scolas, &c.
c Conc. Mediol:
rel. Sac. Cong. 23.
Iulij 1603. apud
Nicol. ver. Con-
fraternitas n. 17.

Co-

d Conc. Mediol. i. par. 3. tit. de piorū locorum administr. Cons. Nanner. 1. e. 10.
 e Ad prescriptum Bullę erectionis cuiuscumque, & concessionis indulgentiarum.
 f Statuta omnium Confraternitatum hęc regulariter prescribunt.
 g Sac. Cōg. 18. Julij 1594. apud Gauan. ver. Confraternitates num. 10. & 21. Maij 1616. apud Nicol. eod. n. 6.
 h Conc. Med. 5. par. 3. tit. quę ad scholas, &c.
 i Sac. Cong. 11. Aug. 1617. apud Gauan. rel. num. 11.
 k Arg. Clem. quia contingit de Religiosis donibus.
 Conc. Mediol. 1. par. 3. tit. de piorū locorum administr.
 l Conc. Mediol. 1. mox rel.
 m Conc. Mediol. 4. par. 3. tit. quę ad pia loca pertinent.
 n Necessarius est liber hic ad reddendam administrationis debitam rationem, vt infra.
 o Conc. Mediol. 4. rel.

Comessationes d quascumque ipsius, & Confraternitatis sumptibus prohibemus: mandantes omnibus Confratribus, vt sodalitatibus statuta, regulas, & leges strictę, atque adamussim adimpleant e pro consecutione Indulgentiarum, quas summi Pontifices eis concesserunt: in singulis solemnibus festiuitatibus f Sāctissima Eucharistia se reficiant, & quolibet mense pro Confratribus defunctis officium recitent.

Confraternitatum Officiales quicumque illi sint, siuē Priores, siuē Procuratores, vel alio quouis nomine nuncupati g anno quolibet eligantur, presēte h in Ciuitate Vicario nostro Generali, vel alio ā Nobis deputando, in Diocesi verō Archipresbytero, vel Rectore, qui completa electione, si pacifica fuerit, & absque difficultate i eandem confirment, alias Nobis illam notificent, vt quod fuerit expediens resolvere valeamus; & predicti Officiales ad Officiorum possessionem minimē admittantur, nisi prius k de bene, fideliterque administrando, ac sua munera piē, ac diligenter exercendo, iuramento delato.

Officialis, qui in præterita administratione de aliqua pecunię summa debitor significatus fuerit, nec in eadem, nec in alia Confraternitate, nisi prius debito satisfacto l iterum eligi queat.

In qualibet sodalitate quatuor libri conficiantur; in primo m determinationes omnes capitulariter factę cum adnotatione diei, mensis, & anni conscribantur; in secundo n introitus, & pecuniarum exactiones, & exitus adnotentur; in tertio o legata pia omnia descripta sint, & illorum onera, scilicet Mislarum, & Anniversariorum, tandem in quarto inuentarium, in quo omnia, & singula bona mobilia, & stabilia Confraternitatis sint adnotata: predicti verō libri pænes Priorem, & Officiales diligenter custodiantur.

Cap-

Capla itidē p adfit, quę seris duabus, & clauibus (quas duo ex Confratribus habeant benē munita sit, in qua elemosinę, & quotidianę oblationes conferuentur.

Officiales q sui muneris completo anno infrā decem dies libros suarum administrationum Syndicis exhibeant, & coram Nostro Vicario Generali, vel alio ā Nobis assignando cum ipsis Officialibus, & Syndicis eorum computa recognoscantur sub pœna nobis reseruata.

Nullus ex Confratribus (ad euitandam exitialis auaritię quamcumque suspicionem, ipsa etenim semper rapit, & nunquam r satiatur, qua fideles Locorum Piorum bona vsurpantes, vel aliquo modo dilapidantes sciant se f censuris irretitos, & voce Dei minitante oppressos maledictus t qui transfert terminos proximi sui) Confraternitatis bona absque nostra licentia u in locationem recipiat, sed Officiales eiusdem x factis proclamationibus illa plus offerentibus obtenta prius idonea fideiussione locabunt.

Confraternitatum Officialibus sub pœna nobis reseruata prohibemus pecuniam sodalitatibus censuare, nisi Confratrum habito pleno consilio, & nostra, aut Vicarij nostri speciali licentia, ne census male fundentur, & in præiudicium Confraternitatis facilē dependantur.

Cadauera Confratrum z in Ecclesijs, vel Oratorijs Societatis nullatenus sepeliantur, nisi confitto prius de priuilegio, aut immemorabili consuetudine, Ordinariorum consensu confirmata.

p Ar. ex §. 8. Cōst. 115. Clem. VIII. incip. Quęcumque.

q Clem. quia contingit de Religiosis domibus. Cōc. Trid. sess. 22. de reso. cap. 9. Cōc. Med. 4. rel.

r August. Epist. 5. ad Ioan. Comitem.

f ex superius alleg. con. vsurpantes bona Ecclesiarum.

t Deut. 27. u Conc. Med. 2. tit. 3. decr. 19.

x Conc. Mediol. 1. par. 3. tit. de piorum locorum administr.

z Sac. Cong. 19. Decemb. 1608. apud Nicolium. Ver. Confraternitas. n. 22. Concil. Mediol. 5. par. 3. tit. quę ad Scholas &c.

L

De

De Hospitalibus.

CAP. XXXIX.

QVANTVM in Domino possumus Hospitalium Priores, Officiales, seu Administratores, ac Hospitalarios hortamur, & monemus, vt ^a pauperes, infirmos præsertim benignè suscipiant, & charitatiuè pertractent, nam si fecerint, atquè ægrotos malè tractauerint, seu ab hospitali inhumaniter expulerint, procul dubio indignationem diuinam prouocabunt in semetipsos, incurrentquè ^b simul in grauissimas pœnas à Nobis infligendas: omnia igitur eis necessaria quantum fieri potest ad recipiendum salutem, tam corporis, quam animæ libentissimè subministrent.

Hospitalarius ^c eligatur ille, qui pietate, morum integritate, diligentia, & charitate fulgeat; quem electum monemus, vt ^d Hospitalis bona in proprios vsus nullatenus conuertat, & ab illis, quos recipit in Hospitali, etiam spontè dantibus ^e nihil accipiat.

Statim, ac infirmus aliquis in Hospitali receptus fuerit Medicus, & ^f proprius Parochus admoneantur, vt ipsum visitent: Parochus autem si ægrotus fuerit aduena, ^g litteras eius testimoniales recognoscat, an verè fidelis, & Catholicus sit, & an in Paschate communicauerit, cuius deinde audita confessione si exposcat infirmitas, cætera Sacramenta subministret, nec deserat vsquè ad extremum Spiritum vitæ: & si aliquid pro ani-

ma

^a Conc. Trid. sess. 25. cap. 8. de refor. Clem. quia contingit de religiosis domibus. Conc. Mediol. 1. par. 3. tit. de Piorum Locorum administr. & Mediol. 4. par. 3. tit. quæ ad pia loca pertinent. ^b Clem. Conc. Trid. & Mediol. 1. rel. ^c Conc. Med. 5. par. 3. tit. quæ ad pias Scholas, &c. ^d Clem. & Conc. rel. Sac. Cong. 9. 9. Ianu. 1595. 26. Feb. 1615. 22. Nouem. 1646. apud Nicol. ver. Hospitaliale n. 6. Conc. Senon. de visitatione cap. 29. ^e Conc. Mediol. 5. rel. ^f Conc. Colon. 2. par. 11. cap. 2. ^g Conc. Med. 2. tit. 1. decr. 14. & Med. 4. par. 3. tit.

ma sua reliquerit, aut testatus fuerit, illicò Nobis notificet, vt eius ^h ultimam voluntatem exequi studeamus, sub pœna Parochi, vel Cappellano ad arbitrium Nostrum si non reuelauerint.

In Hospitalibus mares ⁱ cum fœminis simul sub quocumque prætextu non commorentur: & siquis pauper superuenerit, vel peregrinus non infirmus, qui solummodò indigeat Hospitio per duos, aut ad summum per tres dies recipiatur cum licentia Prioris, seu Procuratoris Hospitalis, hoc autem ^k termino elapso dimittatur: quod si Sacerdotem peregrinum eodem modò recipi contingat, Officiales hortamur, ^l vt benignius, ac maiori quæ possunt charitate suscipiant, & tractent.

Homines verò ^m vagantes, non infirmi, nequè ex deuotione peregrinantes, sed bona venalia circumferentes, nullo modo recipiantur.

In Hospitali liber etiam adsit, in quo nomina, cognomina, & patriæ omnium Peregrinorum, aut infirmorum, qui in eodem permanserint, seu qui ibidem mortui sint, inscribantur.

Administratores curent omnium bonorum stabilitium, & mobilium Hospitalis ⁿ inuentarium conficere, addendo quicquid in diem acquiritur, nequè prætermittant semel saltim in hebdomada infirmos inuisere, & opera pietatis ergà eosdem exercere: si prædicti administratores, & Hospitalarius erunt confirmandi, non ^o protrahatur confirmatio ultra triennium.

Reliqua, quæ diffusius tam de Confraternitatibus, quam de Hospitalibus disunctim in edictis Nostris fanciuimus, videantur, & omninò obseruentur.

formula denunciandi collectas eleemosynarum. h Conc. Trid. sess. 22. cap. 8. de refor. i Conc. Mediol. 1. par. 3. tit. de Piorum locorum administrat.

^k Arg. Conc. Colon. 2. par. 11. cap. 5. & 6. Conc. Med. 5. par. 3. tit. quæ ad Scholas, Confratrias, &c.

^l Arg. ex Concil. Carthag. 4. c. 83. ^m Arg. ex l. 1. C. de Mendican. Valid. Conc. Colon. 2. par. 11. c. 5. & 6. Conc. Med. 1. par. 3. tit. de Piorum Locorum administrat.

ⁿ Clem. quia contingit de Relig. domibus. Concil. Trid. sess. 7. cap. 15 de refor.

^o Conc. Trid. sess. 25. c. 8. de refor.

De Monte Frumentario .

C A P. X X X.

FRUMENTVM, ex quo eximia hominum pietas pauperum inopiæ subuentura frumentarium a Montem constituit, sine b fœnore ipsis mutuandum est .

Frumentarij Montis Administratores (qui saltem duo esse debent, & vterque suam clauem habere distinctam ad horreum Montis aperiendum) vltra c triennium non confirmantur, quo completo coram Syndicis administrationis rationem reddant, & nouis electis administratoribus libros, nomina debitorum, schedulasque consignent .

De Mense Decembris, vel alio opportuniore anni tempore, iuxta consuetudinem locorum frumenti distributio fiat, hortamurque administratores, vt omni, qua possunt diligentia, & charitate pauperibus illud mutuum tradant, e quod potius in mensura eisdem accrescat, quam decrescat .

Frumentum mutuum datum per totum mensem septembris exigatur; & qui morosi reperti fuerint in restitutione adnotentur, nec illis in posterum amplius frumentum nobis inconsultis in mutuum tribuatur: & si difficultas in exigendo

ma-

a de iustitia Mōc. Piet. extat. Const. 11. Leonis X. incip. inter multiplices.
b Const. rel. Conc. Mediol. i. par. 3. tit. de Piorum locor. administrat.
c Arg. ex Conc. Trid. sess. 25. cap. 8. de refor.
d Concil. Trid. sess. 22. cap. 9. de refor.

e Arg. ex relat. Const. §. 4.

magna exoriatur, administratores f pro brachij imploratione ad nostrā Episcopale curiā recurrāt.

De Concubinarijs, & Meretricibus .

C A P. X X X I.

ADEO a detestabile, & perniciosum vitium est vitam turpem, ac secdam, non tantum oculis Dei, sed etiam hominum in continuo Concubinato protrahere, vt ex ipso labefactati mortalium animi, & obcæcati magis, ac magis in scelerum sentinas precipites ruant, vnde pœnam deinde consequuntur aternam .

Quapropter Concubinarius b ter admonitus non se emendans excommunicatione mulctetur, & donec in concubinato perseueret, non absoluetur .

Clericus Concubinarius cum turpiter sibi ipsi & c Clericali dignitati iniuriam inferat, ne amplius ad inducenda scandala sui mores in prauitate inualefcant, priuetur d tertia parte fructuum beneficij si in prima monitione de abstinendo nõ paruerit: si verò secundam monitionem contempserit, e omnibus fructibus, & administratione f beneficij seruata forma Concilij Tridentini spoletur: si tandem in tertia se emendare non curauerit, illicò g beneficium, officia, omnesque pensiones amittat, & ad alia acquirenda h red-

datur

f Nam vti locus pius subiicitur ordinarij iurisdictioni, & presertim si non est locus exēptus c. de Xenodochijs de religiosis domibus. Conc. Trid. sess. 22. c. 8. & 9. de refor.

a Conc. Trid. sess. 24. c. 3. de reform. Matrim. & cap. 8. de refor. c. audite dist. 34.
b Cap. Cum dilectus de accusat. & c. Conc. Trid. primo loco rel. Conc. Tolet. 1. c. 27. Conc. Aurelian. 3. c. 9. Conc. Sabin. c. 23. Concil. Turon. 4. cap. 10. Conc. Tribur. 1. c. 49. Cōc. Med. 2. tit. 1. de cr. 29 Nicol. 1. in decr. de imped. Matrim. 8. c. 6. c. is, qui dist. 34. §. si quis.
c Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de refor.
d Conc. Trid. rel. c. si autem de cohabit. Cler. & mulier.

f Conc. Trid. & c. si autem rel. & cap. sicut eod. tit. g. c. eos c. erubescat. c. placuit dist. 32. c. Maximianus c. si quis cum aliis seq. dist. 81. c. si quis omnem §. qui post Baptismum 1. q. 7. cap. hi qui Altario 15. quest. 8. Conc. Trid. & cap. rel. & cap. Clericos. cap. super eod. tit. Conc. Later. 3. in append. tit. de Cler. Coniug. c. 2. 7. 8. 10 & 11. Conc. Oxon. 1. c. 28. Conc. Germ. c. 3. Conc. Lond. 2. c. 17. h. Conc. Trid. rel. Conc. Tolet. 12. c. 8. Conc. Senon. tit. Incontinentes c. 15. i. Cap. Nullus c. preter dist. 32. c. presbyter cap. si Diaconus cum seq. & c. si quispiam dist. 81. cap. Si quisquam cap. Clericos de cohabit. & c. Conc. Sabin. c. 8. Conc. Trid. rel. k. Conc. Trid. & alia superius allegata.


datur inhabilis: si autem incorrigibilis perseueraret, ut mulierem dimissam, vel repeteret, aut aliam sibi adiungeret, i. excommunicationis mucrone feriendus erit.

Clericos k autem eodem vitio irretitos, beneficia non habentes, poena carceris, suspensione, & alijs arbitrio Nostro compefcemus.

Mulieres l quoque, seu coniugatae, siue solutae, hoc crimine coinquinatae post tertiam monitionem, nisi respuerint poena fustigationis, & exilij punientur.

Meretrices, & aliae Mulieres inhonestae m in Cauponis, tabernis, & diuertorijs inhabitare prohibemus, nisi itineris causa, & tunc n vel vno die, vel ad summum duobus commorentur sub poena Nobis reseruata. Hora vigesima quarta pulsata nullo pacto e domo exeant: etsi extra illam vagantes inuentae fuerint pro prima vice in carcerem detrudantur, & pro secunda poenam exilij incurrant: & sub eadem poena, ne aliorum mores corrumpant, vetitum sit o eis domi sub quocumque pretextu retinere puellas.

Lanocinijs bonas mentes p qui corrumpunt, & infringunt constantiam continentium, praeter poenas a legibus, & Sacris Canonibus inflictas, etiam poenae exilij a tota nostra Dioecesi subijcian- tur.



De

l Conc. Trid. rel. Conc. Mog. 4. c. 102. m Conc. Med. 1. par. 2. tit. de Meretricibus, & lenonibus. n Conc. Med. rel. o Arg. Const. 18. Pauli IV. incip. Sanctissimus §. 1. p. c. Noli de poenit. dist. 1. Const. rel. Pauli IV. Const. 46. Sixti V. incip. Ad Compefcendum Conc. Mediol. 1. rel. Concil. Eliber. c. 12.

De Vfuris.

CA P. X X X I I.

VSVRA plane a iniquo, & graue peccatum contra ius b humanum, & diuinum, quod Viduas opprimit, pupillos inuadit, animas deuorans, dum aliorum exhaurit facultates, summo opere ab omnibus est euitanda: ideo in eius extirpatione sedulo Patrochi inuigilare debent.

Et quia pauperum e gestates, quando magis est illis subeundum, eo magis augentur ab hominibus tali labe cedatis, moneant Confessarij quascumque merces, aut res alias c praetio cariori vendentes, seu viliori ementes praecise ob dilatatam, vel anticipatam solutionem, sese id facere tuta conscientia non posse: quin immo praeter reatum peccati mortalis teneri ad d restitutionem illius, quod vltra iustum praetium plus, aut minoris venditum, seu emptum fuit ab ipsis, alias e nullo pacto absoluant.



a Cap. quam perniciolum de Vfuris Conc. Later. 3. eod. tit. c. 4. & 6 b Cap. quia, & c. Super de Vfuris c. Vfurarum eod. tit. in 6. c. putant c. plerique 14. q. 3. c. quid c. si quis & c. quonia ead. quest. 4. c. Cap. in Ciuitate, & c. Consultuit de Vfuris Arg. c. vit. eod. tit. Conc. Mediol. 1. par. 2. eod. tit. d. c. quid 14. q. 4. c. cu tu. c. tua nos c. consultuit. c. tua c. quia c. Michael de Vfuris c. quaquam in 6. Clem. ex graui, & Coc. Later. 3. c. 5. eod. tit. Conc. Regaticinum cap. 21. e. Iuxta reg. 4. peccatum de reg. iuris in 6. cap. cu tu. rel. & cap. quamquam de Vfuris in 6.

De

De foro Episcopali :

CAP. XXXIII.

^a Cap. finem liti-
bus, & c. fi. de do-
lo & contum. cap.
iurgantiū de sen-
ten. & re iud. cap.
Constitutis de pro-
cur. Sec. Cōc. Trid
sess. 24. c. 20. de re-
for. & sess. 25. c. 10.
^b Conc. Trid. rel.
Conc. Med. 5. par.
3. tit. de Episcopo
& c. c. quisquis, &
^c Diuine dist. 87.
^c Reg. in iudicijs
12. de reg. iuris in
6. c. nouit. de iudi-
cijs Damasus ep. 3
^d Epist ad Gal. 1.
ad Eph. 6. & 1. ad
Thef. 2.
^e Conc. Trid. &
Med. rel. c. licet cū
seq. dist. 87.
^f Paulus V. Const
71. §. 11. incip. vni-
uersi. Arg. Const.
27. Pij V. §. 2. in-
cip. Accepimus.
Arg. cap. Admini-
stratores 22. q. 5.
^g Arg. cap. plerū-
que de rescriptis.
§. Cong. Episc. 12.
Aug. 1588. apud
Nicol. verb. lute.
ra n. 8.
^h Conc. Med. 3.
tit. de ijs, quę ad
Episcopale forum
pertinent. & Med
4. par. 3. tit. de foro
Episcopali, Ec-
clesiasticoue.

SVMMOPERE consonū ^a est Ecclesia-
stica pietati, vt lites, & negotia, quę in
foro Nostro Episcopali discutiuntur, quę
maxima heri potest breuitate presertim, ^b
pro personis pauperibus terminentur; sincerē, ^c ac
indifferenter ius suum vnicuique tribuendo: ita-
que Vicarium Nostrum Generalem, nostręque
Curia ceteros quoscumque; Ministros monemus, vt
soli Deo, ^d non verò hominibus, dum Officio
suo funguntur, placere studentes, miserabilium
personarum e causas quam citissimē expediant,
& præcipuē ^f mercedum, & alimentorum cau-
sas, quę dilationem non patiuntur absque stre-
pitu, & figura iudicij æquitati, ac veritati solum
inherentes, sola facti veritate inspecta terminent,
ac definiant.

Qui supplicis ^g libelli rescriptum à Nobis ob-
tinerint, cui committitur infra octo dies a die
datæ exhibeant; alias (nisi deduxerint legitimum
impedimentum) executioni non demandetur.
Decernimus etiam, vt omnia acta à Notarijs
Nostri fori ^h in librum referantur, & non in
schedulis, seu folijs: idem obseruetur quoque à
Nostro Cancellario Generali in causis Crimina-
libus, nisi grauitas cause volumen processus pos-
tulauerit.

De

De Archiuio.

CAP. XXXIV.

IN qualibet ^a Ecclesia, vbi fieri potest, Archi-
uium erigatur, ibique scripturę, & publica
Instrumenta spectantia ad Ecclesiam, & contin-
entia Bona, Iura, Priuilegia, concessio-
nes, ac redditus diligentissimē custodiantur, nè
temporis progressu aliquid eorum in præiudicium
Ecclesie deperdat: & hoc Archiuum saltem,
duabus occludatur clauibus, quę penes duos con-
feruentur.

Illæ verò Ecclesie, quę Archiuum habere ne-
queunt, vel tuta loca ad scripturarum conserua-
tionem, inuentaria originalia iam confecta, cæ-
terasque scripturas, si quas habent ad Archiuum
nostrę cathedralis Ecclesie, ^b relictis sibi authen-
ticis copijs, transmittant iuxta decretum in hac
nostra Synodo promulgatum in Cap. de Bonis
Ecclesie cōseruandis; fundationes ^c quoque Bene-
ficiorum à Beneficiatis omnibus diligentissimē
conquirantur, & si quę inuenta fuerint, cum suis
Inuentarijs Bonorum in hoc etiam Archiuo re-
condantur.

Archiuum hoc nostrum ^d duas quoque habeat
Claues, quarum vna sit apud Vicarium Nostrum
Generalem, & alia apud Capitulum: nec alicui
credantur, sed cum Archiuum aperiri contigerit,
clauium Custodes semper assistant, nè scriptura
aliqua originalis inde extrahatur, aut mutiletur,
seu vitietur.

M

De

^a Conc. Med. 1.
par. 2. tit. quę per-
tinent ad bonorū,
& iurium, &c.

^b Conc. Mediol.
rel.

^c Arg. Conc. Trid
sess. 25. cap. 9. de
refor. in princ.

^d Conc. Mediol.
1. rel.

De Synodi Celebratione.

C A P. X X X V.

AD Synodi nostræ Diœcesanæ celebrationem, quæ ad **a** corrigendos mores, & animos ad virtutes promouendos procul dubio est instituta, omnes nostræ Sutrinæ Diœcesis Archipresbyteros, Rectores Canonicos, Parochos, ceterosque Sacerdotes **b** conuocatos, & assistentes monemus, vt hilari corde salutaria monita excipiant, quæ ipsis paternæ charitate proposuimus adimplenda, & omni conatu viriliter **c** exequi curent, memores diuini oraculi: qui **d** custodit mandatum, custodit animam suam.

Et ne illa, quæ obseruari iussimus, ob pœnarum leuitatem negligantur, easdem iuxta temporum necessitates augere, commutare, & **e** declarare nobis referuamus: vbi verò pro obseruatione decretorum nulla fuit apposita pœna, eam arbitrio nostro **d** iuxta delictorum, & personarum delinquentium qualitatem imponemus.

a c. Propter il 1. & il 2. c. non oportet cap. peruenit c. quoniam dist. 18. cap. sicut de accusat. &c. Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de refor. Conc. Sabin. c. 2.

b Cap. Quod super de maior. & obed. c. annis, & c. decernimus dist. 18.

c Arg. Conc. Trid. sess. 25. in decr. de delectu ciborum &c.

d Prou. 19.

e Conc. Med. 1: par. 3. tit. de pœnis &c.

d c. corripiantur. 24. q. 3. & cap. non afferamus ead. q. 1. c. aut facta de pœn. dist. 1. & est acceptum ex c. ff. tit. de pœnis cap. sicut dignum de homicidio &c.

De

De Examinatoribus Synodalibus.

C A P. X X X V I.

EXAMINATORES Synodales **a** teneantur in manibus nostris, vel Vicarij nostri Generalis iuramentum præstare iuxta formam; scilicet.

Ego N. Examinatoris Officium, quod suscepi, promitto, spondeo, ac Iuro (quacumque humana affectione postposita) me fideliter, & sincerè quâtum in me est exequuturum: sic me Deus adiuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Caueant ne priuatè in concursu Parochialium examinandos premoneant, aut quid respondendum sit edoceant sub pœna periurij, & alijs arbitrio Nostro: occasione **b** autem examinis, vel antè, vel post nihil omninò accipiant, alioquin simoniacam prauitatem, tam ipsi, quàm dantes euitare non poterunt.

Examinandus præter cetera requisita, explorata **c** quoque animi eius modestia, prudentia, & continentia, & **d** quod deuotione ductus, non autem, vt potissimum **e** suæ commoditati consulat, Ecclesiastica munera querit, de **f** eius scientia, præsertim in doctrina casuum conscientie, rigorosè perquiratur.

Si examinandus de Iure patronatus Laicorum,

M 2

ad

a Conc. Trid. sess. 24. c. 18. de refor.

b c. quando dist. 24. Conc. Trid. re. c. Cap. indecoram de stat. &c.

c. quando & Conc. rel. Conc. Mediol. 1. par. 3. tit. de examine in promouendis &c.

d Arg. cap. graue, & cap. super inordinata de præben. dis.

e Arg. c. Episcopus, & c. nulli 12. q. 1. & c. prædia ead. q. 2.

f Cap. quando, & Concilia rel. Arg. c. ignorantia cum seq. dist. 38. cap. eam re de stat. & qual. &c.

ad Parochiam, vel ad aliud Beneficium fuerit
 presentatus, aut nominatus, priusquam ad insti-
 tutionem canonicam procedamus, volumus
 (ad evitandam g Simoniam labem) quod
 prius h iuramentum praestet,
 se presentantibus ad be-
 neficium
 nihil omnino promi-
 sisse, vel de-
 disse.

g Conc. Trid. sess.
 24. cap. 14. de re-
 for.
 h Conc. Mogunt.
 4. cap. 68. & 91.
 Conc. Mediol. 1.
 par. 2. tit. que per-
 tinent ad collat.
 benefic.



Cathalogus Examina- torum.

REVERENDISS. D. Domi-
 nicus de Seris Vicarius Ge-
 neralis I. V. D. Prothono-
 tarius Apostolicus, & Ar-
 chipresbyter Ecclesiae Cathedralis.
 Reu. D. Laurentius Leo Canonicus.
 Reu. D. Ioseph Possidonius Nefula
 Canonicus.
 Reu. D. Augustinus Vareseus Cano-
 nicus.
Ex Collegio Parochorum.
 Reu. D. Fabius Ciallus Rector San-
 cti Siluestri, & Prothonotarius
 Apostolicus.
 Reu. D. Ioseph Petruccius Archipres-
 byter Ecclesiae Collegiatę Capra-
 nicę, & I. V. D.
 Reu. D. Aeneas Bonaventura Aldo-
 brandeschi Archipresbyter Ronci-
 lionis.

Reu. D. Camillus Fabritij Rector S.
Andree Roncilionis .

Reu. D. Marcus Antonius Balestri
Brachiani Archipresbyter I. V. D.

Reu. D. Dominicus Albonici Rector
Ecclesie Collegiate Tulphæ .

Reu. D. Michael Angelus Brunerius
Curatus Canalis Malliani .

Ex Clero Regulari .

Pater Magister Franciscus Bonanni
Ord. Min. Conuen.

Pater Magister Paulus Tolone Ord.
S. Augustini .

P. Bacc. Aurelius Tosi eiusd. Ord.

Præter Supradictos .

Reuerendissimus D. Abbas Carolus
Boscarelli I. V. D. & Prothonota-
rius Apostolicus. Vicarius Gen. Ne-
petis .

Pater Magister Bonaventura Bugno-
sius Ordinis Minor. Conuent. ac
Theologus noster .

Iudices Synodales .

Reuerendiss. D. Dominicus de Seris
Vicarius Generalis I. V. D. Pro-
thonotarius Apostolicus, & Archi-
pres-

presbyter Ecclesie Cathedralis .
Reuerendiss. D. Abbas Carolus Bos-
carelli I. V. D. & Prothonotarius
Apostolicus. Vicarius Gen. Nepe-
tis .

Admodum Reuerendus D. Lauren-
tius Leo Canonicus Ecclesie Ca-
thedralis .

Reuerendus D. Marcus Antonius
Balestri Archipresbyter Brachia-
ni .



ACCLAMATIONES

SYNODALES.

Diaconus. **D**E O Patri Misericordiarum; & Deo totius consolationis, & gratiæ omnis Laus, honor, & gloria in sæcula sæculorum.

Chorus. R. Amen, Amen, Amen.

Diaconus. Beatiss. D. N. CLEMENTI Papæ X. Sanctæ, & Vniuersalis Ecclesiæ Põtifici, Christiani nominis in omnes terrarum partes propagatio, cunctarum gentium obedientia, Pax vera, Diuturna prosperitas.

Chorus. R. Domine Deus Sanctissimum Patrem nostrum Ecclesiæ tuæ cõserua, mitte illi auxilium de Sancto, vt eo gubernante, gentes omnes illuminentur, & quę dispersæ sunt in vnum Ecclesię tuæ ouile colligantur.

Diaconus. Eminentissimo, ac Reuerendissimo Do-

Domino Iulio Spinolæ Episcopo nostro huius Synodi Præfuli, eiusque Ministris salutaris vigilantia, laboribus constantia, & fœlix exitus.

Chorus. R. Omnipotens Deus super Antistitem nostrum benedictionum tuarum dona perpetua multiplica.

Diaconus. Ciuitati, & Diocesi nostræ Sutrinæ, tranquillitas, salus, & diuinarum gratiarum abundantia.

Chorus. R. Benedic Domine Filios tuos, & esto in circuitu Populi tui, ex nunc, & vsque in sæculum.

Diaconus. Benedicamus Domino.

Chorus. R. Deo gratias, Deo gratias, semper dicamus Deo gratias.

Diaconus. Eminentissimo Domino Episcopo nostro amplissimo, Pastori vigilantissimo, Disciplinæ Ecclesiasticæ assertori perennes gratias.

Chorus. R. Perennes gratias, incolumem, saluumque illum nobis Dominus diutissimè custodiat, atq; conseruet.

Diaconus. Decretorum huius Diocesis obseruantiam salutarem, omnes qui hic

N ad-

adsumus vnanimi voto, à Deo bonorum omnium largitori humiliter imploremus, intercedente Deipara Virgine Maria Domina nostra cum Beatis Apostolis Petro, & Paulo, & Beatis Patronis nostris Eusebio, Felice, & Dulcissima; & omnibus Sanctis.

Chorus R. Fiat, Fiat. Amen, Amen.

De

Notarij Synodalis Rogitus.



VPRADICTAE Constitutiones, & Synodalia Decreta (sapius in priuata Congregatione à Viris doctrina, prudentia, ac pietate prestantibus sedulo, & multa cum maturitate discussa) in presentia Eminentissimi, & Reuerendissimi D. D. Iulij Tit. S. Martini in Montibus S. R. E. Presbyteri Card. Spinolę Miseratione Diuina Episc. Sutrimi, & Nepefini, & Ciuit. ac Diac. Sutrine Uniuersi Cleri in Cathed. Ecclesia Sutrina seruatis de more seruan. legitime congregati per admodum R. D. Hieronymum Riccium Theologum, & supradicti Eminentissimi D. Card. familiarem, & presentis Synodi Secretarium, alta, & intelligibili voce lecta fuerunt, & publicata, anno à Sanctiss. Nati-

N 2 uit.

uit. D. N. Iesu Christi millesimo sex-
centesimo septuagesimo primo Inditio-
ne Nona, diebus Verò Vigesima, &
Vigesima prima Septembris, Pontif.
autem Sanctiss. in Christo Patris, &
D. N. D. Clementis Diuina prouiden-
tia Papæ X. anno secundo, multis ibi-
dem presentibus, & audientibus, &
in specie Admodum R. D. Iosepho
Zafonto Prothonotario Apòstolico, su-
pradiçti Eminentiss. D. Card. Episc.
familiari, & Cereemoniarum Magis-
tro, & Admod. R. Patre Magistro
Bonauentura Bugnossia Ord. Mino-
rum Conuent. S. Francisci Theologa
Eminentia suæ Testibus ad premissa
omnia habitis, Vocatis specialiter,
atque rogatis.

Buononi

LOCO ✠

Ioannes Cosmus Canc. Gen. Episc.
& Synodalis rogatus, &c.

CO.

COROLLARIUM

BULLARVM,

Edictorum, Sacrarum Congregatio-
num Decretorum, aliarumque
rerum practicabilium,

Quæ Varijs in locis in hac Synodo stri-
ctim indicata fuerunt copiosissi-
mè congestum.

Cum Appendice ad Monialium Mona-
stera pertinente.





ORATIO
HABITA IN SYNODO
S V T R I N A.

*Ab Ad.R.D. Marco Antonio de Balestris Collegiata
S. Stephani Brachiani Archipresbytero.*



I quando obmutescere in Ro-
stris Oratorem oportuit; nunc
silentium illi videtur indi-
cūm, cum adorantibus corde
tot sacris Proceribus Spiritum
veritatis, menteque inuocan-
tibus, ipse non minus quā-
super Apostolos multiplici lin-
guarum lapsu loquitur nobis
è Cælo, & inter auræ sonitum ad corda declamat.
Et sanè ars dicendi magistra, quæ dominari con-
suevit in foro, si voce compressa audire nunc pri-
mum addiscat, deinde, vel tacendo eff'acius peto-
rabit, verè enim aureas ab ore catenas ducet, qui-
bus vt Herculis simulacrum apud Celtas, Populo-
rum myriadas sine verborum sono deuinciet. Ve-
rum

Alex. ab Alex.
Gen. Deor. l. 4.
cap. 12.

Diog. Laert. in
Pythag. Ierem.
Thren. 1.

rūm cœlestis animorum institutor, vt audiatur à suis non præcipit cum Pythagora quinquennale silentium; sed flammis cœlitus in venas immisissis, erudit imperitos, os mutum aperit, & linguas facit infantium disertas: etenim à calore Spiritus Sancti ignescunt mentes, magnis imbuuntur rerum notionibus, vt nouis vtantur vocibus ad promulgationem Oraculorum. Libet igitur soluta voce tuæ supremæ maiestati, Vobisque Venerabilibus assidentibus Patribus augurum more felicia nunciare; dum hodie hoc in nostro Synodali confessu speramus de Cœlo vitalem candidissimæ Columbæ volatum, quæ Diuini Numinis è sinu ad mentium nostrarum efflatum citissima descendet ad Nos; vt cœlestibus ipsis incendijs agitati, quibus hominis animus rapitur, vt ad sublimia aspiret, ita huic Sacræ sessioni adstare peruiigiles exoptemus, vt malignantium odientes Ecclesiam, quasi in Concilio vanitatis non sedeamus, cū impijs, sed audientes voces laudis enarremus vniuersa mirabilia Dei.

Psal. 25.

Indixit tandem aliquando Episcopus Noster Eminentissimus post multorum annorum decursum Comitia hæc Synodalia, votisque nostris occurrit: Id autem vt vitia, moresque deprauati eradicerentur, opera pia exequantur, & Dei cultus vsque adhuc forsitan neglectus ad pristina studia excitetur. Nos autem ad illius nutum ad exedram conuenimus omnes. Stat præsens in medio Nostrum quem Nos nescimus. Ille qui per Ioel Prophetam Synodales conuentus indicere visus est verbis illis. Canite tuba in Syon, sanctificate ieiunium, vocate cœtum, coadunate senes. Ille inquam, qui ait. Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Quapropter Nos, in quorum confessu tota vna simul effulget Sutrina Ecclesiastica Hierarchia enixe cu-

Ioel. 2.

Matth. 18.

ra-

curare debemus, ne actio hæc negligatur, sed efficacissime peragatur, vt Deo opitulante dignum, sortiatur exordium felicemque, ac fructuosum, progressum, ac finem, ac vt ea, quæ in Dicecesi Nostra agitationi obnoxia instauratione indigent reformentur, quia nullum adeo paruum peccatum est, quod neglectum non crescat.

Quis autem vestrum nesciat vtilitatem partam Populo Christiano per Synodorū celebrationem? Longū esset enumerare, quæ Bizãtij Lugduni, Pisis, Romæ, Viennæ, quæ apud Niceam, Florentiam, alijsque pluribus in locis Sanctissima Decreta emanarunt, quorum acutissimo mucrone Arrij Nestorij, Sabellici, Pelagij, Nouatiani, ac demum tota illa Hæreticorum lues, quæ more Gigantum in Cœlum impias admouerat manus transfuerberata fuit imisque barathris defixa. In Concilio Stephani facies tamquam Angeli enituit. In Concilio Athanasij innocentia emerfit. In Concilijs Græcæ, ac Latine Ecclesiæ luminæ, Basilius, Chrysostronus, Damascenus, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Bonauentura, & alij sexcenti, cœlestis doctrinæ thesauros in Christianum erarium congeserunt. Et ne antiquitati potius inseruire videar in memoriam reuocâte quid vtilitatis nouissima Tridentina Synodus Ecclesiæ sanctæ Dei pertulerit, per quam Christiano Orbi partam pacem accepimus, & biformia illa Monstra Caluinus, & Lutherus temerè super messem Domini Zizaniam disseminantia, deuicta, confixa, & ad Tartara fuere detrusa.

Summis hac de causa laudibus arbitror extolendos Dionysium à Turre, ac Sebastianum de Paulis Prædecessores Episcopos, qui rem tanti momenti peragere studuerunt memores Apostolos in primo Ecclesiæ nascentis exordio ad firmandam

A& Ap. 6.
Breu. Rom. 29
Maij.

O

Ec-

Act. Ap. 6.

Et ibid. 27.
Gauant. Man. Epi
in prax. Synod.
cap. 1. num. 3.

Matth. 5.

Iob. 10.

de conf. ad Eng.
lib. 3. c. vlt. relatu.
à Thoma de Hy-
bernio in m. 5.

Ecclesiam Synodos conuocasse, vt in Actis Apostolicis legitur. Conuocantes duodecim multitudinem Discipulorum elegerunt Stephanum Leuitam, & alios septem, & Verbum Domini crescebat, & alio in loco. Introiuit Paulus nobiscum, ad Iacobum Hierosolymorum Antistitem, & cum eo collecti sunt Seniores. Quæcumque ergo Patres Venerabiles de Diuinis Officijs, de Sacris Cæremonijs, de Clericorum moribus, de Sacri Altaris seruitio, cæterisque Ecclesiasticis necessitatibus reformatione indigentia cognoscitis in mediũ afferre nõ ambigite, vt opportuno remedio singulis consulatur, & Diocæsis hæc Nostra in optimo statu locata luceat coram omnibus, vt videntes eam exteri glorificent Patrem nostrum qui in Cælis est.

Interea autem dimitte me vt plangam paululum dolorem meum. Num fortasse reformatione non indiget Diocæsis hæc Nostra? de cuius aliquibus Ecclesiasticis dici potest cum Bernardo. Miror cuius ordinis sint Nostræ Clerici; nam in Congregatione temporalium se habent vt Laici, in apparatu nobili vt milites, in acquisitione reddituum, vt Clerici, sed non laborant vt Laici, neque euangelizant vt Clerici, neque pugnant vt milites; & cum vtriusque ordinis esse cupiant, vtrumque potius confundunt. Curritur ad Ecclesiasticas curas tamquam sine curis quisque victurus sit cum ad curas peruenerit absque timore maledicti illius horrendi. Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. Vnde Clericis exuberare existimandum rerum affluentium, vestium splendorem, mensarum luxuriam nisi de bonis Ecclesiasticis? Inops autem, & pauper Ecclesia relinquitur inculta facie, & hispida. O miserandam Sponsam talibus creditam Paranympis, qui assignata cultui eius proprio retinere quæstui non verentur.

Non

Non est hodie Ecclesiam ornare sed spoliare; non instituere, sed profituere. Et tamen hos, qui peruersè agunt, & nomen sanctitatis habent redarguere nemo præsumit, & in exemplis culpa vehementius extenditur, quando pro Ordinis reuerentia peccator honoratur.

Numquid non animo perpendimus quantam nobis Deus contulit dignitatem! Quanta sit ordinis Nostræ prærogatiua. Prætulit nos Deus Regibus, & Imperatoribus: Prætulit Ordinem nostrum cæteris Ordinibus, & (vt alius loquar) prætulit Angelis, Archangelis, Thronis, & Dominationibus. Quapropter multum dedecet Sacerdotem, qui huiusmodi dignitate refulget degeneri conuersatione vilitatem amplecti, vulgari se hominum cœtui miscendo. Vereor ne possit dici de nobis. Homo cum in honore esset non intellexit. En loquamur nobismetipsis. Abiecti eramus in domo Dei Nostræ. Quale est hoc de paupere, & abiecto leuari super Gentes, & Rena! Consideret quisque quid, quis, & qualis sit. Quid in natura, quis in persona, qualis in moribus. Quid? Homo. Quis? Sacerdos Dei summi. Qualis? Benignus fortasse mansuetus, & pius. Sumus omnes Apostolorum filij; primatu Abel, gubernatu Noe patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus vnctione Christus. Vendicet quisque sibi nobile genus Apostolorum, & Prophetarum, quod non aliunde nobile, quam moram ingenuitate, & fidei fortitudine fuit.

Quales esse oporteat, qui Diuino cultui sacræque mysterijs sunt addicti Cælestis Magister Christus docuit verbis illis. Vos estis sal Terræ. Vos estis lux Mundi; quibus aperte apparet nihil

O 2 agen-

Bern. ferm. ad Pastores.

Psal. 48.
Psal. 83.

Bern. ad Eug. lib. 2. cap. 9.

Matt. 5.

agendum ab ijs, quod non simplex, non castum, integrumque sit, vt modestiæ, morum sanctitatis, ac virtutum denique omnium cæteris exemplum quasi lumen ipsi præbeant.

Hæc autem sacra Synodus habere intendit in sua Diœcesi Sacerdotes suos, qui non sint attritæ frontis, sed verecundi, sed timorati; Qui præter Deum timeant nihil, nihil sperent nisi à Deo. Qui aduentantium manus non attendant, sed necessitates. Qui sint Compositi ad mores, ad sanctimoniam probati, parati ad obedientiam, ad patientiam mansueti, subiecti ad disciplinam, Catholicæ ad fidem, fideles ad dispensationem, concordantes ad pacem, conformes ad vnitatem. Qui sint iudicio recti, in consilio prouidi, in iubendo discreti, in disponendo industrii, in agendo strenui, in aduersitate securi, in prosperitate deuoti, in zelo sobrii, in misericordia non remissi, in cura rei familiaris non anxij, alienæ non cupidi, suæ non prodigi, vbique, & in omnibus circumspiciti ^a. Qui Regibus se Ioannem exhibeant, ^b Aegyptijs Moysen, ^c fornicantibus Phineen, ^d Heliam idolatris, ^e Heliseum auaris, ^f Petrum mentientibus, ^g Paulum blasphemantibus, ^h negociantibus Christum. Qui vulgus non spernant, sed doceant, quia funguntur legationem pro Christo per illos exhortante; Diuites non palpent, sed terreant Pauperes non grauent, sed foueant. Qui famæ prouideant suæ, nec insidientur alienæ. Qui de omni re plus fideant Orationi, quam suo labori, & industriæ. Quorum sermo ædificatio, quorum præsentia grata, quorum memoria in benedictione. Qui se amabiles præbeant non verbo, sed opere; Reuerendos exhibeant actu, non fastu. Qui gratis iudicium faciant iniuriæ patientibus. Qui duræ durè redarguant, malignantes coercent

^a Matt. 14.
^b Exod. 5.
^c Numer. 25.
^d 3. Reg. 18. & 4. Reg. 1.
^e 4. Reg. 5.
^f Act. Ap. 5.
^g Act. Ap. 13.
^h Matt. 21.
2. Cor. 5.

Eccles. 45.
Psal. 145.
Psal. 92.

ceant, reddant retributionem superbis. Vult inquam hæc sacra Synodus Diœcesanos suos, qui humilitatem, mansuetudinem, patientiam, cæteraque Christianæ pietatis officia colentes, quæcumque sunt vera pudica, & sancta, hæc agant, hæc recogitent. Qui Sanctorum Patrum vestigia non respiciant solum, sed omnino imitari certatim contendant. Qui in sacra Missæ Sacrificio peragendo attentissima meditatione defixi, quæ in illo piè, riteque celebrando præscripta sunt, ea sedula diligentia exequantur. Qui quidquid temporis à diuinis officijs, ac functionibus Ecclesiasticis supererit non in otio, desidia, ac nouarum rerum curiositatibus conterant; sed cum in sortem Domini vocati sint in eius lege die noctuque meditentur. Qui sacrarum literarum studia amplectantur, ne per Oseam Prophetam dicatur illis. Quia tu scientiã repulisti, repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi. Qui ad Sacras lectiones & Casuum Congregationes alacri animo conueniant, & ita ijs adesse studeant, vt ad vberiorum Sacrorum studiorum fructus in dies habere possint progressum.

Vos inquam fratres amantissimos, qui estis Diuina ope in Ecclesiastico munere constituti hortatur hæc Sacra Synodus ad maiorem Dei gloriam dignitatem, ac decorum seruare nil scurriliter, & incautè loquentes; Nugæ enim inter seculares (ait Bernardus) nugæ sunt, in ore Sacerdotis blasphemix: Os Euangelio consecratum talibus aperire, illicitum; asuercere, Sacrilegium. Hortatur incedere in gestu modestos, incessu graues; sic denique cor roborare, vt mundi vana non appetat; sed sit oculus simplex, & pudicus, castus mens, & intellectus ad cœlestia elatus.

Sine autem graui mœrore intueri non valet Sacer-

Psal. 1.

Of. 4.

Ber. de conf. ad
Eug. lib. 2. c. 13.

cerdotes illos, qui ad Sacrum Missæ Sacrificium peragendum sine præparatione accedunt; Confabulationes inter induendum sacris vestibus habent; celeri tam passu ad Sacrum Altare properant, ut Sacerdotalis maiestatis vestigium non relinquatur; qui Euangeliorum librum Methodo eadem percurrunt, qua in publicis nouarum rerum lectionibus vtuntur Mundani; Non potest non deplorare curiosam illam oculorum huc, & illuc, diuersionem in se ad Populi salutationem conuertendo; & (quod peius est) post peractum Missæ Sacrificium ad ludos, risus, ac vaniloquia redire non secus, ac de continuo sæculi remearent. His decantat hæc Sacra Synodus, quod Dominus per Hieremiam. Sacerdos pollutus est, & in domo mea inueni malum eorum, idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris; afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum.

Studijs nostris Dæmones aduersantur. Hi

Hier. 23.

Aeneid. lib. 2.

Lupicem raptores, quos improba Ventris.

Exegit cæcos rabies; catulique relicti.

Faucibus expectant siccis.

Ephes. 6.

Suo amarulento, atque importuno latratu à cursu bonorum operum fatagunt reuocare. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & Rectores tenebrarum harum. Eia igitur sacri milites Christi ad arma ad arma. Vos ad bella voco Sacerdotes Dei, non ad ea, quibus tubarum clangore animata-

ma-

manus rapiuntur in ferrum, quibus fulgurant in acie gladij, tormenta ænea fulminant, iaculorum nimbi, telorum procellæ noctem, luctum, mortes, horroremque vasta confusione commiscunt, sed ad id præliandi genus quo impijssimus hostis Cacodemon aggreditur, vinciturque vos ad bella voco, in quibus amore præcone, pugnante doctrina, veritate victrix ampliolem de vitijs victoriam reportare possimus, quam Alexander, vel si quis fuit ipso gloriosior propagandis bellicæ virtute imperijs compararit. At quia nemo militans Deo (vt ait Apostolus) secularibus se negocijs debet implicare, per quæ inuicem inuidentes, inuicem prouocantes promonemur ad odia, animamur ad iniurias, armamur ad lites, cauillamus ad dolos ferimur ad detractiones, prorumpimus ad maledicta; stulto in his labore ne consumamur, quæ non sunt nisi afflictio Spiritus, euisceratio mentis, euacuatio gratiæ, quorum fructus quid nisi araneorum telæ resultant?

Sed quid vos diutius detineo in suadendo quod maximè exoptare non ambigo? Religioni mihi verterem de rebus eximijs tam ineptè verba fecisse, nisi me desiderium excusaret vtrumquemque vestrum inflammandi ad Ecclesiasticæ Vitæ Sanctimoniam; quod vtinam persuadere contingat. Quid enim dignum, aut par tanti ponderis rei, vel eloqui possumus, vel cogitare? Quidni me verecundari deceat, cuius præter voluntatem nihil est quod probare possitis imperitum prorsus, ac rudem de rebus omni eloquentiæ fastigio celsioribus esse loquutum, quando nec Socrates cum de Amore dicere iussus esset ingenuo pudore suffusus ausus est præsentè Phedro aliter quam capite obnoluto disserere,

Verum quia nihil est in hominum vita repreh-

2. Timor. 2.

Galat. 5.

Plin. l. 7.

hen-

hendum, & inculpandum magis ingrati animi labe, cuius turpitudinem (quantum in nobis est) velis, remisque (quod aiunt) fugiamus dum nostræ salutis amantissimus Præsul decreta Synodalia ad nostram vtilitatem quasi merces inuolutas euoluet, nostrumque in conspectum dabit, apprehendamus hilares si velimus ditescere; scriptum est enim. Da occasionem sapienti, & sapientior erit. Scienti autem, & non facienti peccatum est ei; seruus enim sciens voluntatem Domini sui, & non faciens digna plagis vapulabit multis. Et si Dominus Noster Christus reliquit nobis exemplum, qui non venit facere voluntatem suam, sic nos vacare debemus decretorum Synodaliū obseruantie, cum non minus deiecti, quam elati animi sit veluti rationis expertem non pro ratione, sed pro libitu agere, nec iudicio agi, sed appetitu. Si autem Regno Dei aptos esse volumus manu ad aratrum apposita ne retrouertamur quemadmodum de filijs Israel, ait Diuus Bernardus. Quando & isti per totam viam nō redierunt corde in Aegyptum? Quid poterant ergo proficere, qui semper reuertebantur cum ambularent? Nos Pontificem non habemus, qui non consuescat compati infirmitatibus nostris. Porrō dum velut infantes degimus in his terrarum claustris lac quasi modo geniti infantes concupiscamus haurientes illum in gaudio de Pijsissimi Episcopi Nostri Spinola, de cuius ore prudenti procedit mel, de cuius labijs fauus distillat, sub cuius lingua dulcedo mellis est: Torrenti autem eius directæ veritatis oppositi duplici contritione conterantur.

Tu autem perge obsecro Augustissime Præsul; hoc tua reposcit inæquabilis vigilantia, qua ouibus tuæ fidei creditis vbiq̃ Linceus inuigilas; hoc Sanctorum Patrum monita; hoc ipsa Triden-

tina

Prou. 9.
Iacob. 4.
Luc. 12.
Matth. 5.

Vbi supra l. 2. c. 1.

Hebr. 5.
1. Petr. 2.
Cant. Isa. 12.

tina Synodus; poscit charitas apud te tam celso fastigio locata, vt nihil te non moliri patiatur ouibus tuis Christi Sanguine redemptis. quo opera, consilio, auctoritate, ac quibuscumque rebus poteris opituleris. Perge super hanc Synodum intendere; hæc enim errores eiecit, abusus euellit, delicta punit, odia componit, segnitiam Ecclesiasticorum discutit, collapsam Ecclesijs restituit disciplinam, hominibus conciliat Deum. Sed præstas ipse strenuè partes tuas; nec alia de causa à Domino factum esse crediderim te ad Sutrinam hanc Ecclesiam regendam aduenisse, nisi vt alter Saturnus primus huius antiquissimæ, ac celeberrimæ Ciuitatis Conditor aurea sæcula tot se volentibus annis restitueres, vt verius de te illud Virgilianum dici possit.

*Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo
Is genus indocile, ac dispersum Montibus altis
Composuit legesque dedit.*

Eia igitur præstantissime Præsul si te oportet formam esse iustitiæ, sanctimonie speculum, pietatis exemplar, Fidei defensorem, Sponsæ Paranympum, Cleri ordinatorem, Pastorem Plebium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum, Iudicem viduarum, oculum cæcorum, baculum senium, vltorem scelerum, bonorum gloriam, sal terræ, orbis lumen, Sacerdotem Altissimi, Christum Domini; sit vultus tuus super facientes mala. Timeat spiritum iræ tuæ, qui hominē non veretur. Ager est Diocesis hæc tibi credita; exi in illum non tamquam dominus, sed tamquam villicus videre, & procurare vnde exigendus es rationē. O quā multæ, quas put-

P ueras

Iac. Phil. Berg. in
Supplem. Cron. lib. 4.

AEnt. 8.

Psal. 33.

ueras fruges vepres potius apparebunt. Vide si Plebes Clericis, si Clerici Sacerdotibus, si Sacerdotes Deo in ea, qua oportet humilitate subiecti sint. Exi, & vide si super praua opera censura Ecclesiastica vigeat; si floreat vineæ honestate, ac sanctimonia; si flores fructus parturiunt obedientiæ fidelium Populorū. Exi inquā & vide si expediti sint ad officia, idonei ad Sacramenta, ad plebes erudiendas solliciti. Quæ sunt huic agro detrimento scinde, dola, seca, ne parcas. Accingere gladio tuo gladio spiritus; quod est verbum Dei. Glorifica manum in faciendo vindictam in nationibus increpationes, in Populis. Sed quo me rapuit zelus. Non est meæ humilitatis dicere tibi sic, vel sic fieri quicquam; sufficit intimasse oportere aliquid fieri, vnde, & Ecclesia consoletur, & obstruatur os loquentium iniqua.

Tibi autem Deus benignissime nostræ lætitiæ auctori gratias agimus, & quæsumus clementiā tuam, vt qui incomparabilem Virum nobis præesse voluisti, tantum illius exemplo, ac ductu proficere concedas, vt Maiestati tuæ fideliter deferuire, & Parentis amantissimi ad eodē in nos propensæ voluntati, ad eodē impensæ liberalitati respondere valeamus. Dixi.



For-

Formula Denunciationum ad Ordines promouendorum, & diuersarum litterarum testimonialium, ab omnibus Parochis transmittendæ ad nostram Curiam iuxta præscriptum Sacrorum Canonum, ac Sacrosancti Concilij Tridentini.

Forma litterarum Testimonialium Parochi pro Initiando prima Tonsura.

Ego N. Archipresbyter Plebis N. (Seu Rector Parochialis Ecclesiæ Sancti N.) præsentibus Literis, medio iuramento, testor, N. Filium N. meæ Parochiæ, Eminentissimæ Dominationis vestræ Diocesanum, esse natum ex legitimo Matrimonio, prout constat ex Libro Baptizatorum, in quo sic scriptum habetur.

Hic ponantur ipsamet verba Libri Baptizatorum.
Item testor, fuisse confirmatum ab Eminentiss. ac Reuerendiss. D. D. Cardinali Episcopo nostro (Seu ab alio Episcopo de eius licentia) vt liquet ex libro Confirmatorum, in quo itidem sit scriptum reperitur.

Hic ponantur verba disti Libri.

Item morum, ac vitæ integritate commendari. In quorum fidem, mea manu propria scripsi, ac subscripsi, & sigillo meo muniui. Datum

P 2 in

in Aedibus Parochialis Ecclesiae S. N. Die
 . . . Mense . . . Anno . . .

Ego N. Archipresbyter Plebis N. (Seu Rector
 Parochialis Ecclesiae S. N.) scripsi, ac subscripsi.

*Forma Literarum Testimonialium pro Initiando
 Ordinibus Minoribus.*

Ego N. Archipresbyter Plebis N. (Seu Rector
 Ecclesiae Parochialis S. N.) his praesentibus
 Literis, medio iuramento, testor, D. N. meae
 Parochiae assignatum in Collatione primae
 Clericalis Tonsurae, Functiones sui Ordinis
 exercuisse, & temporibus praescriptis a Syno-
 di constitutionibus, Sacram Communionem
 sumpsisse: Habitum, & Clericalem Tonsuram
 gessisse: Ac probis moribus praeditum esse:
 Assiduaque sua opera me adiuuare in Do-
 ctrina Christiana tradenda. In quorum fide,
 mea manu propria scripsi, ac subscripsi, &
 sigillo meo muniui. Datum in Aedibus Pa-
 rochialis Ecclesiae S. N. Die Mense. Anno . . .

Ego N. Archipresbyter Plebis N. (Seu Rector
 Parochialis Ecclesiae S. N.) scripsi, ac sub-
 scripsi.

*Forma Literarum Testimonialium pro Initiando
 Ordinibus Sacris.*

Ego N. Archipresbyter Plebis N. (Seu Rector
 Ecclesiae Parochialis S. N.) his praesentibus
 Literis, medio iuramento, testor, D. N. pro-
 motum ad Ordines Minores, & meae Eccle-
 siae assignatum, ut in ea functiones suis Or-
 dinis exerceret, praedictas functiones exer-
 cuisse: Sacramque Eucharistiam, stans per
 Synodales Constitutiones temporibus, sum-
 psisse: Meque denunciassse in Ecclesia, intra

Missa.

Missarum solemnibus; eius nomen, ac volun-
 tatem Sacrum N. Ordinem suscipiendi. Itē
 me curasse, ut certior fierem de natalibus,
 vita, ac moribus ipsius, quem idoneum esse
 existimo, qui ad praedictum Ordinem Sacrum
 admittatur. Insuper testor, eum mihi assi-
 duam operam nauare in Doctrina Christiana
 tradenda: Semperque habitum, & Clericalem
 Tonsuram detulisse: Natumque ex his Pa-
 rentibus, ut ex Libro Baptizatorum constat,
 videlicet.

*Hic ponantur verba precisa dicti Libri, si in eius
 Ecclesia sit Fons Baptismalis; Alioquin
 habeantur à Parocho, in cuius Ec-
 clesia fuit baptizatus.*

In quorum fidem mea manu propria scripsi, ac
 subscripsi, & sigillo meo muniui. Datum in
 Aedibus Parochialis Ecclesiae S. N. Die . . .
 Mense . . . Anno . . .

Ego N. Archipresbyter Plebis N. (Seu Rector
 Parochialis Ecclesiae S. N.) scripsi, ac sub-
 scripsi.

*Forma Denunciationis faciendae in Ecclesia pro ijs,
 qui ad Sacros Ordines promoueri
 intendant.*

Douendosi per il Sacro Concilio di Trento
 proporre, e publicare in Chiesa li nomi di
 tutti quelli, che desiderano pigliare gli Or-
 dini Sacri. Hora desiderando D. N. Habi-
 tante in questa Parochia di S. N. esser pro-
 mosso al Sacro Ordine del N. si manifesta
 ciò à tutti, e si prega ciascheduno, & in vir-
 tù di Santa Obbedienza se li commanda, che
 conoscendo, o sapendo, che il sopradetto D.
 N. hab-

Ni habbia impedimento alcuno, per lo quale sia inabile all'Ordine Sacro, lo debba fra il termine d'otto giorni venire à manifestare à Me, acciò possa riferirlo all'Eminentiss. Reuerendiss. Signor Cardinale nostro Vescouo, ouero à Monfig. Reuerendissimo Vicario Generale.

Forma Literarum Testimonialium ludi Magistri pro Ordinandis.

Ego N. qui approbatus, & emissa fidei professione, docco Grammaticam, (Seu literas humaniores, Seu casus conscientiarum) in N. Seu priuatim in Aedibus D. N. in Parochia S. N.) medio iuramento, fidem facio D. N. qui ad primam Clericalem Tonsuram (Seu ad ordinem N.) admitti cupit, meum Gymnasium modestè frequentare solitum esse, & bonæ indolis, bonisque moribus præditum, & Christiane educatum esse, ac in literis non penitendos progressus fecisse. In quorum fidem mea manu propria scripsi, subscripsi, & sigillo meo muniui. Datum in Aedibus meis Die Mensis Anno

Ego N. Præceptor scripsi, ac subscripsi.

Aliæ Formulæ earundem literarum testimonialium de singulis Ordinandorum requisitis sigillatim sumptis faciendarum.

Cum sæpè contingat, ut omnium Requisite pro Ordinandis necessariorum Literæ supraposite Testimonialia, non ab vno, & eodem Parocho, sed à pluribus, iisque in diuersis locis degentibus, fieri debeant separatim, quia nimirum Ordinandus in

vno loco fuit baptizatus, & in alio nunc habitat. In vna Ecclesia sibi assignata functiones Ordinum exercuit; In altera Doctrinam Christianam docuit; Et in alia Sacram Eucharistiam, statis temporibus, sumpsit, &c. Atque ita Parochus ipse non ita facile potest prædictorum Requisite sufficientem notitiam habere; Ideò, ad maiorem commoditatem, duximus hic singularum Literarum Testimonialium singulas separatim Formulas singulis Ordinandorum Requisite accommodatas subnectere, ut sic vnusquisque, ad quem spectat, certum de talibus Requisite in Ordinando extantibus testimonium facile, & securè valeat afferre.

Pro Initiandis prima Tonsura.

Forma Testimonij de Aetate, Baptismo, ac Natalibus Initiandi prima Tonsura.

Ego Infra-scriptus Archipresbyter Plebis N. (Seu Rector Ecclesiæ Parochialis S. N.) attestor, me inuenisse, in Libro Baptizatorum dictæ Ecclesiæ, huius natalis memoriam his verbis descriptam videlicet.

Trid. Conc. sess. 23. ref. cap. 4.

Hic ponantur verba præcisa dicti Libri Baptizatorum.

In cuius rei fidem, præsentem literas, etiam medio iuramento, manu mea subscripsi, & sigillo meo muniui. Die Mensis Anni

Ego N. &c.

Forma Testimonij de Vita, & Moribus pro eodem Ordinando.

Ego infra-scriptus Archipresbyter Plebis N. (Seu Parochus Ecclesiæ S. N.) testificor, D. N. ex mea Parochia, Christianè esse educatum,

Trid. Conc. sess. 23. ref. cap. 4.

tum, vitæ integritate, & honestis moribus præditum (quantum humana fragilitas nosse finit, & patitur. In quorum fidem hoc testimonium, etiam iuramento interposito, mea manu subscripti, & mei sigilli impressione muniui. Die . . . Mensis . . . Anni . . .

Ego N. &c.

Forma Testimonij de Sacramento Confirmationis ab eodem ordinando suscepto.

Testor ego infra scriptus Archipresbyter Plebis N. (Seu Parochus Ecclesiæ S. N.) D. N. Sacramentum Confirmationis suscepisse. In cuius fidem præsentis literas testimoniales mea manu, etiam iuramento mediante, subscripti, & mei sigilli impressione muniui. Die . . . Mensis . . . Anni . . .

Ego N. &c.

Forma Testimonij de Denunciatione facienda de eo qui, excedens decimum quartum ætatis sue annum, eadem prima Tonsura initiari petit.

Testificor ego infra scriptus Archipresbyter Plebis N. (Seu Rector Ecclesiæ S. N.) D. N. nomen, cognomen, & desiderium in dicta Ecclesia, die Festiuo, videlicet Die . . . Mensis . . . Anni . . . inter Missarum celebrationem denunciasset, & promulgatis ijs, quæ impedire possunt, quominus idem D. N. ad Clericalem statum promoueri posset, omnes, & singulos monuisse, vt, si quod notum haberent Canonicum impedimentum, Christiana ducti charitate, ad me deferrent; Nullumque oppositum fuisse impedimentum. In quorum fidem præsentis literas testimoniales, manu mea,

Trid. Conc. sess.
23. ref. cap. 4.

Trid. Conc. sess.
23. ref. cap. 4.

mea, interposito etiam iuramento subscripti, & sigillo meo muniui. Die . . . Mensis . . . Anni . . .
Ego N. &c.

Pro Initiandis Ordinibus Minoribus.

Forma Testimonij de Vita, & Moribus promouendi ad Ordines Minores.

Ego infra scriptus Archipresbyter Plebis N. (Seu Parochus Ecclesiæ S. N.) testor R. D. N. ex mea Parochia, qui ad Ordinem N. promoueri cupit, esse vitæ integritate, bona fama, atque honestis moribus præditum, quantum humana fragilitas nosse finit, & patitur. In quorum fidem, præsentis literas testimoniales, etiam medio iuramento, manu mea subscripti, & mei sigilli impressione muniui. Die . . . Mense . . . Anno . . .

Ego N. &c.

Forma Testimonij Magistri Scholæ pro Initiando eisdem Ordinibus Minoribus.

Ego Infra scriptus Ludimagister, qui approbatus, & emissa fidei professione doceo N. in Parochia S. N. testor R. D. N. qui ad Ordines Minores admitti cupit, meum Gymnasium modeste frequentare, esse adolescentem bonæ indolis, ac probatæ vitæ, & Christiane educatum, in studiisque satis proficientem. In quorum fidem has literas, etiam interposito iuramento, manu mea subscripti, & sigillo meo muniui. Die . . . Mensis . . . Anni . . .

Ego N. &c.

Conc. Trid. sess.
23. ref. cap. 5.

Conc. Trid. sess.
23. ref. cap. 5.

Q

For

Forma Testimonij de Functionibus pro eodem Initiando aly Ordinibus Minoribus.

Conc. Trid. sess.
23. ref. cap. 6.

Ego infrascriptus Rector Ecclesie S. N. testor R. D. N. ad Ordinem N. promotum, & dictae Ecclesie adscriptum, ut in ea eiusdem suscepti ordinis functiones exerceret, ad prescriptum Eminenrissimi, & Reuerendissimi D. D. Cardinalis Episcopi nostri, idem munus in Clericali habitu, & tonsura, diebus Dominicis, Festisque in eadem Ecclesia decenter obiisse. In quorum fidem praesentes literas Testimoniales, etiam medio iuramento, manu mea subscripsi, & sigillo meo muniui. Die Mensis Anni

Ego N. & c.

Forma Testimonij de Perceptione S. Communionis pro eodem Ordinando.

Conc. Trid. sess.
23. cap. 11.

Ego infrascriptus Rector Ecclesie S. N. testor, R. D. N. ad Ordinem N. promotum, frequenter, & in specie, omnibus temporibus per Synodales Constitutiones statutis, Sacrosanctae Eucharistiae pabulo religiosè refectum fuisse. In quorum fidem, praesentes literas Testimoniales, interposito etiam iuramento, manu mea subscripsi, & sigilli mei impressione muniui. Die Mensis Anni

Ego N. & c.

Forma Testimonij Praefecti Scholae Doctrinae Christianae pro eodem Ordinando.

Ego infrascriptus Praefectus Scholae Doctrinae Christianae in Ecclesia S. N. fidem facio, R. D. N. ad Ordinem N. promotum Cathalogo eiusdem Ecclesiae adscriptum fuisse Die
Men-

. . . . Mensis Anni Et assiduo exercitio, vigilique labore ad ipsam Doctrinam Christianam incubuisse, usque ad Diem Mensis Anni In quorum fidem praesentes literas, etiam iuramento interposito, manu mea subscripsi. Die Mensis Anni

Ego N. & c.

Pro Initiandis Ordinibus Maioribus.

Forma Testimonij Parochi de Denunciatione, Natalibus, Vita, & Moribus Initiandi Ordinibus Maioribus.

Ego infrascriptus Archipresbyter Plebis N. Conc. Trid. sess. 23. ref. cap. 13. seu Parochus Ecclesiae S. N. fidem facio, me pro meo munere, R. D. N. ex mea Parochia, Sacro Ordine N. proxima futura ordinatione, initiari cupientem, ad obseruanda omnia, quae ab Eminentissimo, & Reuerendissimo D. D. Episcopo Nostro, tum in Synodo, tum in Edictis, tum etiam in Instructionibus praecipita, seu admonita sunt, hortatum fuisse, ac nomen, & desiderium eius in dicta Ecclesia, festo tempore, videlicet Die Mensis Anni inter Missarum celebrationem, publicè proposuisse, promulgatisque ijs, quae impedire possent, quominus ille ad praedictum Sacrum Ordinem promoueri posset, omnes, & singulos monuisse, ut, si quod cognoscerent canonicum impedimentum, Christiana caritate ducti, ad me deferrent: Nullumque fuisse oppositum: Atque honorificum Testimonium de legitimis eiusdem natalibus, moribus, & vita, à Fide dignis, diligenti facta

inquisitione, competisse. In quorum fidem
præsentem litteras Testimoniales, etiam iura-
mento interposito, manu mea, subscripsi, &
figilli mei impressione muniui. Die . . .
Mensis Anni

Ego N. &c.

Forma Testimonij de etate eiusdem Ordinandi.

Ego infrascriptus Archipresbyter Plebis N.
(Sed Parochus Ecclesiæ S. N.) testor, me ad-
inuenisse in libris, in quibus descripti sunt
Baptizati in dicta Ecclesia, huius natalis
memoriam, his verbis adnotatam, videlicet.

Conc. Trid. sess.
23. ref. cap. 12.

*Hic ponantur verba præcisa dicti Libri
Baptizatorum.*

In cuius fidem præsentem Litteras Testimoniales,
etiam medio iuramento, manu mea, sub-
scripsi, & sigillo meo muniui. Die
Mensis Anni

Ego N. &c.

*Forma Testimonij de Ordinum Functionibus,
ab eodem Ordinando exercitis.*

Ego infrascriptus Rector Ecclesiæ S. N. testor,
R. D. N. ad Ordinem N. promotum, & di-
ctæ Ecclesiæ adscriptum, ut in ea eiusdem
Ordinis suscepti functiones exerceret, ad præ-
scriptum Eminentissimi, ac Reuerendissimi
D. D. Episcopi Nostri, idem munus in Cle-
ricali habitu, & tonsura, diebus Dominicis,
& Festis, in eadem Ecclesia decenter obijisse.
In quorum fidem præsentem Litteras Testimo-
niales, etiam medio iuramento, manu mea,
subscripsi, ac sigilli mei impressione muniui.
Die Mensis Anni

Conc. Trid. sess.
23. ref. cap. 13.

Ego N. &c.

Forma

*Forma Testimonij de Sacra Communionem ab eodem
Ordinando percepta.*

Ego infrascriptus Rector Ecclesiæ S. N. testor. Conc. Trid. sess.
23. ref. cap. 13.
R. D. N. ad Ordinem N. promotum, in di-
cta Ecclesia, statis per Synodales Constitu-
tiones temporibus, Sacrosanctam Euchari-
stiam sumpsisse. In quorum fidem præsentem
litteras testimoniales, etiam medio iuramen-
to, manu mea, subscripsi, & sigillo meo
muniui. Die Mensis Anni

Ego N. &c.

*Forma Testimonij Præfetti Scholæ Doctrinae Chri-
stianæ ab eodem Ordinando frequentate.*

Ego infrascriptus Præfectus Scholæ Doctrinæ
Christianæ in Ecclesia S. N. fidem facio, R.
D. N. Catalogo eiusdem Scholæ adscriptum
fuisse Die Mensis Anni Et assi-
duo exercitio, ac vigili labore ad ipsam Do-
ctrinam Christianam incubuisse, vique ad
diem Mensis Anni In quo-
rum fidem præsentem litteras, etiam interpo-
sito iuramento, manu mea subscripsi. Die
. Mensis Anni

Ego N. &c.

*Forma Testimonij Notarij de Titulo Beneficij
pro eodem Ordinando.*

Per has Litteras fidem facio ego infrascriptus
Notarius Curie Episcopalis nostræ R.
D. N. qui ad Sacros Ordines promoueri
cupit, habere beneficium Ecclesiasticum in
N. sub Titulo N. ut constat in literis Colla-
tionis illi factæ, illudque verè, & pacificè
possidere, & esse annui redditus Scutorum
. prout Testes super his à me examinati
deposue-

Conc. Trid. sess.
23. ref. cap. 2.

deposuerunt, & apparet in Actis meis; Testorque Reuerendissimum D. Eminentissimi, ac Reuerendissimi D. D. Cardinalis Episcopi nostri Vicarium Generalem, pronunciaſſe, & declarafſe, prædictum Beneficium eſſe ſufficiens, ita vt idem R. D. N. ſuprà nominatus ad illius Titulum Sacris Ordinibus initiari valeat, vt conſtat in Decreto per me Notarium rogato. In quorum fidem has literas meo ſolito tabellionatus ſigno, meaque manu roborauī. Die Mensis
Anni

Ita eſt. Ego N. & c.

Forma Teſtimonij Notarij de Titulo Penſionis pro eodem Ordinando.

Conc. Trid. ſeſſ. 21. ref. cap. 2.

Præſentibus literis fidem facio ego inſcripſus Curia: Episcopalis noſtræ Notarius; R. D. N. qui ad Sacros Ordines promoueri cupit, habere penſionem ſuper Beneficio Eccleſiaſtico in N. ſub Titulo N. vt conſtat in literis ipſius penſionis datis Romæ die Mensis Anni Illamque verè, & pacificè poſſidere; & eſſe annui redditus Scutorum prout Teſtes ſuper his à me examinati deposuerunt, & apparet in Actis meis. Testorque Reuerendissimum D. Eminentiff. ac Reuerendiſſ. D. D. Card. Episcopi noſtri Vicarium Generalem pronunciaſſe, & declarafſe, prædictam penſionem eſſe ſufficientem, itaut idem R. D. ſupranominatus ad illius Titulum Sacris Ordinibus initiari valeat, vt conſtat in Decreto per me Notarium rogato. In quorum fidem præſentes literas meo ſolito Tabellionis ſigno, meaque manu roborauī.
Die

Die Mensis Anni

Ita eſt. Ego N. & c.

Forma Teſtimonij Notarij de Titulo Patrimonij pro eodem Ordinando.

Vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis atteſtor, & fidem facio ego Notarius inſcripſus, me, Die Mensis Anni rogatum extitiſſe de assignatione Patrimonij facti R. D. N. à D. N. quod Patrimonium conſiſtit in N. & eſt annui redditus, quoad partem Dominicalem Scutorum. Testorque dictum Patrimonium à Reuerendiſſ. D. Eminentiff. ac Reuerendiſſ. D. D. Card. Episcopi noſtri Vicario Generali approbatum fuiſſe, itaut ad titulum illius ipſe R. D. ſupranominatus ad Sacros Ordines promoueri valeat, prout latè ex Inſtrumento prædictæ assignationis conſtat. In quorum fidem has literas meo ſolito Tabellionatus ſigno, meaque manu roborauī.
Die Mensis Anni

Ita eſt. Ego N. & c.

Forma Teſtimonij Notarij de Pariſſica Poſſeſſione Patrimonij pro eodem Ordinando.

Atteſtor ego inſcripſus Notarius Curia: Episcopalis noſtræ, assignatum fuiſſe à D. N. Patrimonium conſiſtens in N. & eſt annui redditus Scutorum cum approbatione, & Decreto Reuerendiſſ. D. Vicarii Generalis Eminentiff. ac Reuerendiſſ. D. D. Cardinalis Episcopi noſtri, vt conſtat ex Inſtrumento rogato per D. N. Notarium publicum.
no-

nostrū . Illudque ab eodem R. D. Supra-
nominatos verè , & pacificè possideri , ac
prouentus , seu fructus illius percepi , prout
Testes super predictis à me examinati Die
. . . . Mensis Anni depo-
suerunt , & apparet in Actis meis . In quo-
rum fidem præsentis literas meo solito Ta-
bellionatus signo , meaque manu , roborau-
i . Die Mensis Anni

Ità est . Ego N. &c.



EDIT-

EDITTO

PER IL PUNTATORE

*Giulio del Titolo di S. Martino
de Monti della S. R. C.
Prete .*

CARDINAL SPINOLA

Vescouo di Sutri , e
Nepe .



ER eccitare gl'Animi de negli-
genti, e trascurati nel seruitio di
Dio, e della sua Chiesa, & accio-
che, il culto Diuino, non si
sminuisca, anzi ogni giorno più
s'accresca, sono stati destinati i
Puntatori ne i Capitoli, tanto delle Catedra-
li, quanto delle Collegiate, & hauendopre-
teto, che il non esserui in alcune Collegiate
di questa nostra Diocese Puntatori, sia causa,
che si trascuri il seruitio della Chiesa, e vo-
lendo prescriuere vna Regola, ò modo com-
mune da offeruarsi, perciò in virtù del pre-
sente Editto .

R

Or-

Ordiniamo, e comandiamo, che tanto il Capitolo della Catedrale, quãto delle Collegiate debba eleggere ogn'anno il Pùtatore per voti segreti, ò pure Ciascun Canonico per vno eserciti quest' officio per trè mesi per ciascheduno, lecondo l'ordine, & antianità de Canonici, il quale dourà prima prestare il giuramento in mani del nostro Vicario Generale, d'amministrare diligentemente quest' officio, senza veruna ecceptione di persona, e postposta ogni humana affettione.

Le parti di detto Puntatore saranno di puntare tanto gl'assenti dal Choro, quanto quelli, che nel tempo si recitano l'hore Canoniche, e diuini officij stanno parlando, legendo lettere, sedendo, ò stando con poca decenza, e modestia, ò facendo altro, che possa diuertirli dall'attuale attentione, che deuono hauere nel seruitio di Dio, nel che incarichiamo la conscienza di detti Puntatori.

Il Modo di puntare sarà l'Infrascritto.

Chi non verrà à matutino, prima del fine del Salmo venite exultemus, perda.

b. 2.

Chi non verrà à Prima, Terza, Sesta, e Nona, prima del fine dell'Hinni, perda.

b. 1.

Chi farà assente dalla Messa Cantata prima del

dell'ultimo Kirie eleison, perda.

b. 2.

Chi verrà à Vespro finito il primo Salmo perda

b. 1.

E alla Compieta chi non sarà presente all'intonare Conuerte nos Deus. perda.

b. 1. e mezzo.

Chi non interuerrà alle Processioni Generali delle Rogationi, Corpus Domini, e di San Marco, perda.

b. 10.

La qual portione dourà accrescere frà gl'Interessenti.

Auertendo li sudetti Puntatori, che come non ponno, non putare gl'assenti, così non deuono negare il punto à i presenti, e sappino li Canonici, che non possono rimettere dette Puntature, ma si deuono alli presenti, conforme al Sac. Conc. di Trento sess. 24. cap. 12. & hà più volte risoluto la Sacra Congregatione de Vescoui, e Regolari, deue in oltre il Puntatore ritenere in luogo publico, mentre si dicono li Diuini Officij il Libro, e nell'istesso luogo notare le Puntature, accioche qualsiuoglia Canonico possa vederlo, e poi tenerlo sotto chiave. Gl'assenti per giuste cause non si deuono

R 2

pun-

puntare, ma douranno le dette cause eser
 approuate dal nostro Vicario Generale, e
 Capitolo sudetto,

Il Cardinal Spinola.



LEGATI PII.

Accioche per altrui malitia,
 ò per negligenza de Nota-
 ri si trascuri d'adempire le
 pie volontà de Testatori, e per-
 ciò l'anime de fedeli, le quali
 aspettano esser liberate dalle pe-
 ne del Purgatorio per i suffragij
 delli viui venghino defraudate da
 simili aiuti.

Ordiniamo, che sotto pena di
 scudi dieci per ogni volta, e altre
 à nostro arbitrio debbano dedur-
 re à nota detti legati à Noi, e sotto
 pena di scomunica incurren-
 ipso facto reseruata à noi, obli-
 gando tutti li fiduciarij, & heredi
 de Defonti frà vn'anno da co-
 minciarsi dal giorno della morte
 del Testatore à mandare in effecu-
 tione tutte le pie dispositioni, & i

Rettori, ò Parochi doueranno ha-
uere vn libro particolare, nel qua-
le notino tutti li Pij Legati fatti
alla Chiesa con l'espressioni di
pesi, conditioni, e tempi.

Il Confessore tanto secolare ;
quanto Regolare auertino di
non assoluere chi non hauerà
adempito come sopra.

I Legati di Messe lasciati sēza es-
pressioni della Chiesa vogliamo ;
che si diano à quelle, nelle quali
saranno sepolti li medemi Testa-
tori.



EDIT-

EDITTO

*Circa l'Habito, e Tonsura Cle-
ricale.*

Giulio del Titolo di S. Martino
de Monti della S. R. C.

Prete.

CARDINAL SPINOLA

Vescouo di Sutri, e Nepe.



DEPLORANDO quei Veneran-
di Padri del Sac. Concilio di
Trento l'abuso, e corruttela
di non andare gl'Ecclesiastici
in habito, e Tonsura conde-
cente al stato, e grado loro,
con decreto particolare stabi-
lirono le pene contro i trasgressori, e la Santa
memoria di Sisto V. con sua Costituzione ne
procurò la diligente essecutione; Non trouan-
dosi motiuo alcuno, che più possi insegnare ad
altri la pietà, e vero culto, che si dene à Dio
benedetto, che l'esempio delle persone dedica-
te al seruitio di Sua Diuina Maestà, e deside-
- 7 Còtra deferentes, aut transmittentes ad infideles arma, & alia, quibus Christianos impugnant, & eos certiorantes de statu Reipublicæ Christianæ in ipsius detrimentum; seu per se, aut alios auxilium, vel consilium, seu fauorè ad id quomodolibet illis præstantes.
- 8 Contra inuadentes eos, qui victualia, & alia, ad vsum Romanæ Curiaë necessaria, deferunt; aut impedièntes, vel prohibentes ne deferantur: seu per se, aut alios defendentes eos, qui talia agunt.
- 9 Contra lædentes aut per se, aut alios aliquomodo illos, qui ad Sedem Apostolicam veniunt, vel ab ipsa recedunt, vel in eadem curia commorantur.
- 10 Contra lædentes, detinentes, capientes, seu deprædantes Romipetas, & ibi commorantes, vel inde abeuntes deuotionis causa: & contra his dantes auxilium, consilium, vel fauorem.
- 11 Contra quomodolibet lædentes, capientes, carcerantes, vel hostiliter insequentes, seu à proprijs Dominijs, Dicecesibus, & terris eijcientes S. R. E. Cardinales, & alios Sedis Apostolicæ Prælatos; aut talia mandantes, rata habentes; vel auxilium, consilium, fauorem ad id præstantes.
- 12 Contra lædentes, aut bonis spoliantes per se, aut alios eos, qui pro suis negotijs recurrunt ad Romanam curiam, vel qui in eadem
super

- super dictis negotijs prosequendis quomodolibet deputantur occasione eorundem negotiorum: & contra ad id auxilium, consilium, vel fauorem præstantes.
- 13 Contra recurrentes prætextu appellationis à grauamine, vel à futura executione literarum Apostolicarum ad laicam potestatem: & contra impedièntes dictarum literarum executionem, vel eas apud se, vel alias quomodolibet retinentes: aut prohibentes directè, vel indirectè accedentes ad Romanam curiam pro negotijs exequendis, seu literis, vel gratijs impetrandis, ne accedant, aut ne vtantur literis impetratis.
 - 14 Contra auocantes per se, aut alios causas spirituales, vel spiritualibus annexas à Iudicibus Ecclesiasticis: aut impedièntes illarum causarum prosequi volentes; vel in earum cognitione tamquam iudices se interponentes: aut compellentes dictarum causarum partes actrices vel ad reuocandum, vel reuocari faciendum quascumque literas, in eis decretas; seu ad consentiendum, eos absolui à censuris, & pœnis, contra quos dictæ literæ emanarunt: vel ad id fauorem, consilium, aut assensum præstantes.
 - 15 Contra trahentes, aut directè, vel indirectè trahi facientes præter iuris canonici dispositionem ad suum tribunal personas Ecclesiasticas: aut aliquomodo statuèntes in præiudicium libertatis Ecclesiasticæ.
 - 16 Contra impedièntes directè, vel indirectè quoscunq; iudices Ecclesiasticos, quominus

nus sua iurisdictione vtantur: & contra recurrentes ad hunc effectum ad Curias seculares, vt ab ijs contra prædictos decerni, & exequi curent prohibitiones, & mandata etiam pœnalia: & contra ista decernentes; & exequentes: aut consilium, auxilium, patrocinium, & fauorem ad idem præstantes.

17 Contra usurpanres, vel absque debita facultate, & licentia sequestrantes fructus, redditus, prouentus, seu iurisdictiones ad Sedem Apostolicam, aut alias Ecclesias pertinentes.

18 Contra imponentes decimas, & alia onera sine Romani Pontificis expressa licentia, personis, & locis Ecclesiasticis, vel eorum bonis, & fructibus: aut imposita exigentes vel recipientes etiam à sponte dantibus: & contra ad id per se, aut alios directè, vel indirectè auxilium, consilium, & fauorem præstantes.

19 Contra quoscunque Iudices, & Ministros seculares, qui in causis criminalibus quomodolibet se interponunt contra personas Ecclesiasticas absque expressa licentia Sedis Apostolicæ: aut obtentam licentiam extendunt ad casus, & personas non expressas.

20 Contra inuadentes, destruentes, occupantes, detinentes per se, aut alios directè, vel indirectè quæcumque loca, & iura, ad Romanam Ecclesiam mediata, vel immediata pertinentia, aut ei subiecta, vel

in

in iisdem supremam iurisdictionem usurpantes: aut ad id consilium, auxilium, & fauorem quomodolibet præstantes.



EDIT-

EDITTO

D E L

S' OFFITIO



NOI Francesco Vescouo di Porto Barbarino, Martio Vescouo di Sabina Ginetto, Pietro del tit. di S. Marco Ottobono, Gilberto del tit. de' SS. Gio: e Paolo Boromeo, Francesco del tit. di S. Maria in via de gl' Albizzi; Flauio del tit. di Santa Maria del Popolo Chigi, Girolamo del tit. di S. Agnese Farnese, Giulio del tit. di S. Sisto Rospigliosi, Sforza del tit. di S. Saluatore in Lauro Pallauicino, Cesare del tit. di S. Giouanni ante Portam latinam Raspone, Pietr' Angelo di S. Giorgio Celso Diacono per la misericordia di Dio della S. R. C. Cardinali in tutta la Republica Christiana contro l'Eretica prauità Generali Inquisitori dalla S. S. Specialmente deputati.

Essendo à Noi per la continua esperienza manifesto, che molti per malitia, altri per inobedienza, & altri per ignoranza non sodisfanno à gl' oblighi, che hanno di denuntiare al Sant' Offitio li delitti spettanti ad esso, e che però succedono grandissimi inconuenienti, & errori, non solamente contro i buoni, e Christiani

stiani costumi, ma ancora contro la Fede Cattolica. Noi per tanto, à quali specialmente deuono essere à cuore la gloria di Dio, la conseruatione, & augumento della Fede Cattolica, e la salute dell' Anime, volendo prouedere à tãto disordine con autorità Apostolica à Noi commessa, cõmandiamo in virtù di sant' obediẽza, e sotto pena di scomunica di lata sentenza, oltre l'altre pene prescritte da Sacri Canoni, Decreti, Constitutioni, e Bolle de Sommi Pontefici, per tenor del presente Editto à tutte, & ciascuna persona di qual si uoglia stato, grado, conditione, e dignità così Ecclesiastica, come secolare, che frà il termine d'vn mese, dieci de quali per il primo, dieci per il secondo, e dieci per il terzo termine perentorio debbiano riuelare, e giuridicamente notificare al S. Offitio, ouero all' Ordinarij tutti, e ciascun di quelli, de' quali sappiano, ò habbino hauuto, ò haueranno notitia.

Che siano Eretici, ò sospetti, ò diffamati d'Eresia, ò credenti, ò fautori, ò ricertatori, difensori loro, ò habbino adherito, ò adherischino à riti de Giudei, ò Maumettani, ò de Gentili, ò habbino apostatato dalla S. Fede Cattolica.

Che habbino fatto, ò faccino atti, da quali si possa argomentare patto espresso, ò tacito col Demonio, essercitando incanti, Magie, sortilegij, porgendoli suffomigij, incensi per trouar Tesori, & altri intenti, chiedendo da lui risposte, & inuocandolo, & à quest' effetto promettendogli obediẽza, e consacrandogli pentacolo, libri, spade, specchij, & altre cose,

nel

nelle quali interuenga il nome, & opera sua.

Che si siano ingeriti, ò ingerischino in far esperimenti di Negromantia, e di qualsiuoglia altra sorte di Magia con entrare nei circoli, far esperimenti della Carrafa, del criuello per trouare i medemi tesori, cose nascoste, rubbate, e perdute, e far altre simili superstiziose attioni ad altri fini, massime con abuso de Sacramenti.

Che senza licenza douuta ritenghino scritti, che contenghino Eresie, ò libri d'Eretici, che trattino ex professo di Religione, ò che gli habbiano letti, ò tenuti, ò stampati, ò fatti stampare, ò se legghino, tenghino, stāpino, faccino stampare, introduchino, ò difendino sotto qualsiuoglia pretesto, ò colore,

Che habbino libri di Negromantia, Magia, ò continenti incantesimi, sortilegij, e simili superstizioni, massime con abuso di cose sacre.

Che contro il voto solenne fatto nella professione in qualsiuoglia Religione approuata, ò doppo hauer preso l'ordine sacro habbino contratto, ò contraha matrimonio.

Che viuendo la prima moglie pigli la seconda, ò viuendo il primo Marito pigli il secondo.

Che contro i Decreti, e Cōstitutioni Apostoliche habbino abusato, ò abusino il Sacramento della penitenza, seruendosi della Confessione, e confessionario à fini dishonesti, sollecitando in essi i penitenti ad turpia, & hauendo con essi discorsi di cose illecite, ò non conuenienti al fine, per il quale è stato instituito.

Che

Che habbino proferito, ò proferischino bestēmie ereticali contro Iddio, la Beata Vergine, e Santi, ò procedino à qualche atto d'offesa, e disprezzo contro l'Imagini, e figure rappresentanti il medesimo.

Che habbino tenuto, ò tenghino occulte conuenticole, ò radunanze in pregiuditio, disprezzo, ò contro la Religione.

Che habbino indotto qualche Christiano ad abbracciare il Giudaismo, ò altra setta contraria alla Fede Cattolica, ò impedito i Giudei, ò Turchi à battezzarsi.

Che non essendo ordinati Sacerdoti s'habbino con sacrilego ardire usurpato, e si usurpino di celebrar messa, ancorche non habbino proferite le parole della consecratione; ò habbino profunto di ministrare il Sacramento della penitenza à fedeli di Christo, ancorche non si sia venuto all'atto dell'assolutione.

In oltre si dichiara, che quelli, i quali non denunciaranno come si ordina col presente Editto non possino esser da alcuni assoluti, se non dal Sant'Offitio, doppo che haueranno in esso giuridicamente riuclato li delinquenti, al che non possono sodisfare con bollettini, ò lettere senza nome, e cognome dell'Autore, ò altri modi incerti, de quali non si tiene conto alcuno nel Santo Tribunale.

Si dichiara anche, che con la sudetta espresione de casi di sopra da Noi specificati da riuclarsi non si escludono li altri casi spettanti al Sant'Offitio, che per altro sono compresi, ne Sacri Cano ni, Constitutioni, e Bolle de Sommi Pontefici, ne meno col presente Editto s'intenda

A a

tenda

tenda derogato all'altre prouisioni Canoniche Apostoliche, & à gl'altri Editti de gl'Ordinarij, & Inquisitori.

Et à fin che del presente Editto non si possa pretendere ignoranza, commandiamo, che si a assisto per li luoghi soliti di Roma, e si notificati alli Vescouj delle Città vicine à Roma, nelle quali non sono inquisitori, acciò lo publicano, & ordinino, che li Parochi delle loro Diocesi lo leggino ogn'anno la prima Domenica dell'Aduento, e la prima Domenica di quaresima, il che parimente vogliamo, che si facci dalli Parochi, e Regolari di Roma nelle loro Chiese in tempo, che si trouara in esse congregato maggior numero di Popolo, e poi farne attaccare alle porte delle loro Chiese, e Sacristie di esse vn'Esemplare del medesimo per offeruare quanto in esso si ordina.



CON-

CONSTITVTIO GREGORII XV.

In qua confirmatur, & ampliat-
tur Constitutio Pij IV. con-
tra ad turpia sollicitan-
tes, in Confessione-
bus Sacramen-
talibus.



VNIVERSI Dominici gregis cu-
ram, quamque immeriti ce-
lesti dispositione gerentes, se-
dulò inuigilare tenemur, vt ab
omnibus prauis contagijs cõ-
seruetur immunis, multoque
maiori studio prouidere, vt omnis pestis ab
ijs auertatur, quibus alios sanandi officium est
commissum, ne quod Euangelica scripta nos
admonent, sale, infatuato non sit, in quo sa-
liatur, & ad nihilum proficit vltra, nisi vt mit-
tatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Quoniam autem à Romanis Pontificibus
prædecessoribus nostris, quibusdam in locis

A 4 2 pro-

provisum fuit, ut impium, ac nefandum scelus, quod non solum inter Christianifideles non esse; sed nec etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur; videlicet, ut aliquis Sacerdos ad sacras audiendas confessiones deputatus, Sacrosancto Penitentia Sacramento, sollicitando penitentes ad turpia abutatur: ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, & ex coelesti medico infernalis veneficus, ex patre spirituali proditor execrabilis animarum reddatur. Idcirco Nos ea, quae his perniciosissimis Diaboli insidiis arcendis certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, providendum duximus.

Alias siquidem à fel. rec. Pio Papa IV. praedecessore nostro emanarunt literae tenoris subsequenti, videlicet. Pius Papa IV. Ven. Fratri Archiepiscopo Hispalensi, in Regnis Hispaniarum haereticae pravitatis Inquisitori Generali. Cum sicut nuper, non sine animi nostri molestia, accepimus, diversi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus, & Dioecesium curam animarum habentes, siue eam pro alijs exercentes, aut alias audiendis confessionibus penitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, ut Sacramento Penitentiae in actu audiendi confessiones abutantur, nec illi, & qui id instituit Domino Deo, & Salvatori nostro IESU CHRISTO iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet penitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones, alliciendo, & prouocando, seu allicere, & prouocare tentando, & pro-

procurando, ac loco earum per Sacramentum huiusmodi Creatoris nostro reconciliationis, grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in Diuinae Maiestatis offensam, & animarum perniciem, Christianifidelium scandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeutes, quod qui de Fide Catholica rectè sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuae, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos, contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, & Dioecesium, de praemissis quomodolibet difamatos, tam saeculares, quam quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicae immediate subiectorum Ordinum Regulares, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis conditionis, & praeminentiae existant, tam super praemissis, quam super Fide Catholica, & quid de ea sentiant, diligenter inquiras iuxta facultatum tibi contra haereticos, aut de haeresi quouis modo suspectos, à Sede Apostolica concessarum contineatiam, & tenorem procedas; ac culpabiles repertos iuxta excessuum suorum qualitates, prout de iure fuerit faciendum, debita praecedente degradatione, seularis Indicii arbitrio puniendos tradendo. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, necnon Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacer-

Sacerdotes fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam Motuproprio, aut alijs quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die xvj. Aprilis M. D. LXI. Pontificatus Nostri Anno secundo. Igitur ut literę prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obseruentur; Motuproprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum, præsertim literas huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta, Apostolica auctoritate tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inuiolabilis Apostolicę firmitatis robur adijcimus: illasque non solum in prædictis Regnis Hispaniarum, sed in quibusuis Christiani Orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obseruari, præcipimus, & mandamus.

Ac præterea, ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem procedendi, ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes

omnes, et singuli Sacerdotes tam seculares; quam quorumuis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicę immediatę subiectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum Regulares, cuiuscumque dignitatis, & præminentię, aut quouis priuilegio muniti existant, qui personas, quęcumque illę sint, ad inhonesta, siue inter se, siue cum alijs quomodolibet perpetranda, in actu Sacramentalis Confessionis, siue ante, vel post, immediatę, seu occasione, vel prætextu Confessionis huiusmodi, etiam ipsa Confessione non secuta: siue extra occasionem confessionis in Confessionario, aut in loco quocumque, vbi Confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint, in Officio Sanctę Inquisitionis seuerissimè, vt infra puniantur, et præterea omnes hæreticę prauitatis Inquisitores, et locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Civitatum, Dominorum, et locorum vniuersi Orbis Christiani, in suis quęcumque Diocęsibus, et Territorijs, per has nostras literas etiam priuatiuè quoad omnes alios specialiter, ac perpetuo Iudices delegamus, vt supra his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis Fidei, iuxta Sacrorum Canonum formam, necnon Officij Inquisitionis, huiusmodi Constitutiones, Priuilegia, Consuetudines, et Decreta diligenter inquirent, et procedant, et quos in aliquo ex huiusmodi

ne

nefarijs excessibus culpabiles repererint, in eo procriminationum qualitate, et circumstantijs, suspensionis, ab executione ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum, et officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis activæ, et passivæ, si Regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, et carceres etiam in perpetuum, absque vlla spe gratiæ, aliasque pœnas decernant: Eos quoque, si pro delicti enormitate graviore pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, curiæ seculari puniendos tradant.

Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, et Ecclesiæ Dei tam perniciosum remaneat, ob probationum defectum, impunitum, cum difficilis sit probationis; testibus, etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indicijs, et alijs adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, et curiæ seculari, ut præfertur, reum tradendum esse pronuntiandi.

Non obstantibus omnibus, quæ dictus Prædecessor in suis literis prædictis voluit non ob stare, cæterisque contrarijs quibuscumque Mandantes omnibus, Confessariis, ut suos pœnitentes, quos nouerint fuisse ab alijs, ut supra sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu, ut præfertur, tractantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinarijs prædictis. Quod si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint, non teneri ad denunciandum confessarios sollicitantes, seu tractan-

tractantes, ut supra; iisdem locorum Ordinarij & Inquisitores, illos pro modo culpæ punire non negligant.

Voluimus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra ubique habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ: quodque eadem præsentis literæ, seu illarum exempla, ad valuas Basilicarum S. Io. Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnes ita ardeant, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Augusti M. DC. XXII. Pontificatus nostri Anno secundo.

S. CARD. S. SVSANNÆ.



LETTERA

Della Sac. Congregatione del
Sant'Offitio, sopra la
Bolla di Grego-
rio XV.

C O N T R A

SOLLICITANTES.



REVER. P. doppo essersi hauuta longa, e matura consideratione sopra il dubbio significato da diuerse bande: se i penitenti siano obligati a denunciare i Confessori, da quali sono stati sollecitati nel luogo, & atto della Confessione, quando hãno acconsentito alla sollecitatione. N. S. e questi miei Signori Eminentissimi in congregatione tenuta auanti Sua Santità à 25. di Luglio passato, doppo hauer anco inteso il parere d'una particolar Congregatione deputata à quest'effetto, hanno risoluto, che qualsiuoglia penitente è tenuto à denunciare il Confessore, dal quale sarà stato sollecitato nel luogo, & atto della Confessione, ancorche gl'habbia consentito: e non è tenuto à propalare il proprio con-
sen-

senso; ne sopra ciò s'interroghi dal Vescouo, dall'Inquisitore, ò da loro Vicarij, auanti quali deporrà, ne meno il Confessore denunciato, procedendosi poi contro di lui ne i costumi, che se gli faranno, s'interroghi sopra detto consenso: & in caso, ch'egli volesse dirlo da se, non si scrina il suo detto, come cosa in ordine alla persona sollecitata, non spettante al Sant'Offitio della S. Inquisitione. Le parti dunque di V. R. sono di significar' à Confessori detta resolutione, e d'incaricargliene strettamente l'osservanza, acciò nei casi, che occorrono alla giornata, conforme al tenore della Constitutione publicata da Gregorio XV. di S. Mem. contro i Confessori sollecitanti, significino à i penitenti l'obbligo, che hanno di denunciar' i Confessori, da quali saranno stati sollecitati, & hauendoli consentito, e facendo difficoltà di scoprire il proprio consenso, conforme alla resolutione, che si è fatta gli dichino apertamente, che non sono tenuti à propalare il detto consenso, e che tanto i penitentj quanto i Confessori sollecitanti, procedendosi contro di loro, non faranno di ciò interrogati, e dicendolo da se, non si scriuerà, ne riceuerà il detto loro: e quando il penitente persistesse tuttauia nella medesima renitenza, Nostro Signore si contenta, che dal Vescouo, ò dall'Inquisitore si dia autorità al Confessore di riceuere per scrittura, e con giuramento la denuncia, per portarla à chi gl'haurà data autorità di pigliarla. E se oltre le cose sudette occorrerà altro caso graue, per il quale il penitente non si possa indurre: Sua Santità vuole, che se ne scriua quà,
B b 2 e li

e si aspetti la risposta: Et in tanto non si proceda nell'assoluzione: E tanto V. R. si contenterà di far oseruare nella sua Giurisditione facendo registrare la presente negl'atti di cotesto Sant' Ufficio per informatione sua, e de suoi Successori, quali haueranno mira, che la presente resolutione riguarda solo à quei penitenti, che per hauer consentito fanno difficoltà in denunciare; mà à quei, che non hanno consentito, ò hauendo consentito, non sono in ciò reuizenti, il Confessore non deve porre difficoltà alcuna, ma lasciare, che indifferentemente, e liberamente sodisfaccino all'obbligo, che hanno di denunciare, conforme alla Constitutiones, & il Signore Iddio la conferui.

D. Roma li 27. Settembre 1624

Di V. R.

Come Fratello

IL CARD. MILLINO



Fe

Feria v. die 24. Septembris 1665.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Alexandro Diuina Prouidentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana aduersus hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à S. Sede Apostolica specialiter Deputatis.



SANCTISSIMVS D. N. audiuit non sine magno animi sui dolore, cõplures opiniones Christianæ disciplinæ relaxatiuas, & Animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum suscitari, partim nouiter prodire: Et summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam

in

in dies magis excrefcere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omninò ab Euangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset Christianæ vitæ corruptela. Quare, ne vllò vnquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cuius verba in æternum permanent; arctam esse definiuit, in animarum perniciem dilatari, seu veriùs perueri contingeret, idem Sanctissimus D. N. vt oues sibi creditas ab eiusmodi spatiosa, lataque per quam itur ad perditionem, via, pro pastoralis sollicitudine in rectam semitam euocaret, earundem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus seriò commisit: Qui tantum negotium strenuè aggressi, eique sedulo incumbentes, & maturè discussis vsque ad hanc diem infrascriptis propositionibus, super vnaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati Suae sigillatim expoluerunt.

Homo nullo vnquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum diuinorum ad eas virtutes pertinentium.

Vir equestris ad duellum prouocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

Sententia afferens, Bullam Cœnæ solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare

re facultate Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Iulij in Consistorio Sacræ Congregationis Eminentiss. Cardinalium visa, & tolerata est.

Prælati Regulares possunt in foro conscientie absoluerè quoscumque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurfa.

Quamuis euidenter tibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare si probare non possis.

Confessarius, qui in sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione; ac proinde non est denunciandus.

Modus euadendi obligationem denunciandæ sollicitationis est: si sollicitatus confiteatur cum sollicitante, hic potest ipsum absoluerè, absque onere denunciandi.

Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando pœnitenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, idque post Decretum Urbani VIII.

Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur per alium satisfacere collato illi minori stipendio, alia parte stipendij sibi retenta.

Non est contra iustitiam pro pluribus Sacrificijs stipendium accipere, & Sacrificium vnum offerre; Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione etiam iuramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.

Pec-

Peccata in confessione omiffa, feū oblita ob
inflans periculum vitæ, aut ob aliam caufam,
non tenemur in fequenti confessione expri-
mere.

Mendicantes poffunt abfoluere à cafibus E-
pifcopis referuatis, non obtenta ad id Epifco-
porum facultate.

Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui
confitetur Regulari Epifcopo præfentato, fed
ab eo iniufte reprobato:

Qui facit confessionem voluntariè nullam;
fatisfacit præcepto Ecclefie.

Pœnitens propria auctoritate fubftituere fibi
alium potefl, qui loco ipfius pœnitentiam ad-
impleat.

Qui Beneficium Curatum habent, poffunt
fibi eligere in Confefarium fimplicem Sacer-
dotem non approbatum ab Ordinario.

Efl licitum Religiofo, vel Clerico Calum-
niatorem grauiâ crimina de fe, vel de fua Reli-
gione fpargere minantem, occidere, quando
alius modus defendendi non fuppetit vti fuppe-
tere non videtur, fi calumniator fit paratus vel
ipfi Religiofo, vel eius Religioni publicè, &
coram grauiſſimis Viris prædicta impingere
nifi occidatur.

Licet interficere falſum Accufatorem, falſos
Teſtes, ac etiam Iudicem, à quo iniqua certò
imminet ſententia, fi alia via non potefl inno-
cens damnum euitare.

Non peccat Maritus occidens propria aucto-
ritate Vxorem in adulterio deprehenſam.

Reſtitutio à Pio V. impoſita Beneficiariis
non recitantibus, non debetur in conſcientia
ante

ante ſententiam declaratoriam Iudicis, eò quòd
fit pœna.

Habens Cappellaniâ collatiuâ, aut quod-
uis aliud Beneficium Eccleſiaſticum, fi ſtudio
litterarum vacet, ſatisfacit ſuæ obligationi, fi
Officium per alium recitet.

Non eſt contra iuſtitiam Beneficia Eccleſia-
ſtica non conferre gratis, quia collator confe-
rens illa beneficia Eccleſiaſtica pecunia inter-
ueniente non exigit illam pro collatione Bene-
ficij, fed veluti pro emolumento temporali,
quod tibi conferre non tenebatur.

Frangens ieiunium Eccleſie, ad quod tene-
tur, non peccat mortaliter, niſi ex contemp-
tu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia
non vult ſe ſubijcere præcepto.

Mollities, ſodomia, & beſtialitas ſunt pec-
cata eiufdem ſpeciei inſimæ ideoque ſufficit di-
cere in confessione, ſe procuraffe pollutio-
nem.

Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit
Confessionis præcepto, dicens; commiſi cum
ſoluta graue peccatum contra caſtitem non
explicando copulam.

Quando litigantes habent pro ſe opinioneſ
æquè probabiles, potefl Iudex pecuniam acci-
pere pro ferenda ſententia in fauorem vnius
præ alio.

Si liber fit alicuius iunioris & moderni
debet opinio cenſeri probabilis, dum non con-
ſtet, reiectam eſſe à Sede Apoſtolica tanquam
improbabilem.

Populus non peccat, etiamſi abſque vlla
cauſa non recipiat legem à Principe promulga-
tam, C c Qui

Quibus peractis, dum similium propositionum examini cura, & studium impenditur, interea idem Sanctissimus re mature considerata statuit, & decreuit, prædictas Propositiones, & vnamquamque ipsarum, vt minimum, tanquam scandalosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: ita vt quicumque illas, aut coniunctim, aut diuisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputatiue, publicè, aut priuatim tractauerit, nisi forsitan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolui.

Insuper districte in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Diuini Iudicii prohibet omnibus Christifidelibus cuiuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

*Ioannes Lupus Sanctæ Romane, & Vniuersalis
Inquisitionis Not. &c.*

Loco † Sigilli .


Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, Indictione tertia, die verò 2. Mensis octobris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, D. N. D. Alexandri, diuina Prouidentia Papæ VII. anno vndecimo, supradictum
Decre-

Decretum affixum, & publicatum fuit ad vultus Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Melanum eiusdem Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.



Feria v. die 18. Martij 166.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Alexandro Diuina Prouidentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana aduersus hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à S. Sede Apostolica specialiter Deputatis.



ANCTISSIMVS D. N. post latum Decretum die xxiv. Septembris proximè elapsi, quo viginti octo Propositiones damnatæ fuerunt, examinatis sedulo, & accuratè vsque ad hanc diem infrascriptis alijs quadragesimum quintum numerum implentibus, per plures in

Sa-

Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reuerendissimos DD. Cardinales aduersus hæreticam prauitatem Generales Inquisitores, eorum suffragia singillatim super ynaquaque ipsarum audiuit.

Propositio 29. In die Ieiunij, qui sapiens modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in sine comederit, non frangit Ieiunium.

30. Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione ieiunij, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum ieiunio.

31. Excusantur absolutè à præcepto ieiunij omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter vnus diei conficiant.

32. Non est euidens, quòd consuetudo nõ comedendi oua, & lactinia in Quadragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque Elemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficij fecerit.

34. In die Palmarum recitans Officium Paschale, satisfacit præcepto.

35. Vnico Officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die prætenti, & crastino.

36. Regulares possunt in foro conscientie uti priuilegijs suis, quæ sunt expressè reuocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiæ concessæ Regularibus, & reuocatæ a Paulo V. hodie sunt reualidatæ.

38. Man-

38. Mandatum Tridentinum factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimùm, est consilium, non præceptum.

39. Illa particula *quamprimùm* intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantùm veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus vltioris, & pollutionis.

41. Non est obligandus concubinarium ad eijciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarium, vulgo *regalo*, dum deficiente illo, nimis egrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent; & alia famula nimis difficilè inueniretur.

42. Licitum est mutuanti aliquid vltra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem vsque ad certum tempus.

43. Annum legatum pro Anima relictum, non durat plus quam per decem annos.

44. Quoad forum conscientie, Reo correcto, eiusque contumacia cessante, cessant censurae.

45. Libri prohibiti donec expurgentur, possunt retineri, vsque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac decreuit, prædictas Propositiones, & vnamquamque ipsarum, vt minimum, tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: Itaque
qui

quicumque illas, aut coniunctim, aut diuisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputatiuè, publicè, aut priuatim tractauerit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolui.

Insuper dictè in virtute sanctæ obedientie, & sub interminatione Diuini Iudicij prohibet omnibus Christifidelibus cuiuscumque conditionis, dignitatis, ac status, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

*Ioannes Lupus Sancte Romane,
& Vniuersalis Inquisitionis
Notarius.*

Loco † Sigilli.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictio, ne quarta, die verò 23. mensis Marcij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris
D. N.

D. N. D. Alexandri, Diuina Prouidentia
 Papæ VII. anno vndecimo, supradictum
 Decretum affixum, & publicatum fuit ad
 valuas Basilicæ Principis Apostolorum,
 Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi
 Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis
 Urbis per me Carolum Melanum eiusdem
 Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissimæ In-
 quisitionis Cursorem;



Sanctiss. D. N. CLEMENTIS
 Diuina Prouidentia PP. X.
 Constitutio in qua Regularium
 Priuilegia quo ad prædicatio-
 nem Verbi Dei, & Sacramen-
 ti Pœnitentię administratio-
 nem declarantur.

CLEMENS
 EPISCOPVS.
 Seruus Seruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.



UPERNA magni Patrisfami-
 lias præ ordinatione credi-
 tum Nobis Vniuersalis Ec-
 clesiæ mysticum agrum cir-
 cumspecta prouidentia cu-
 stodire, atque excolere (quan-
 tum ex alto conceditur) sa-
 ragentes, animum in eas curas libenter inten-
 dimus; quibus valeant dissidia inter villicos,
 & operarios componi, iurgia tolli, scandalis;

D d atque

atque offensionibus aditus præcludi; Vt quibus vna fides; Vna Mater Ecclesia, & vnus Dominus; qui charitas est, & pacis cogitans cogitationes; fiat etiam cor vnum, atque anima vna: sic etenim euulsis opportunè zizanijs, dum plantamus, & rigamus; incrementum dabit Deus; Quo benedicente messis multa fructu centesimo caeleste in horreum congregabitur.

Sane cum Sacri Concilij Tridentini decretis prouidè statutum fuerit, vt Regulares cuiuscumque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare non possint; cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant; In Ecclesijs verò, quæ suorum Ordinum non sunt, vltra licentiam suorum Superiorum etiam Episcopi licentiam gratis ab eo dandam habere teneantur; Sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint. Atque vt nullus sæcularis, siue Regularis etiam in Ecclesijs suorum Ordinum contradicente Episcopo prædicare præsumat. Itidemque cum nullus Sacerdos Regularis possit confessiones Sæcularium etiam Sacerdotum audire; nec ad id idoneus reputari, nisi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur; Et approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegijs, & consuetudine quacunque

que non obstantibus? Innotuit Nobis dubitationes nonnullas circa benedictionem, licentiam contradictionem examen, & approbationem eiusmodi in aliquibus Dioccesibus excitatas fuisse; ex quibus controuersæ, & dissensiones permultæ in diem subsequi possent occasione priuilegiorum, quæ per Sedem Apostolicam religiosis Ordinibus concessa fuerunt.

Nos attendentes, quod alias diuersis temporibus prædictæ dubitationes, & controuersæ nonnullis Prædecessorum Nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumque Declarationibus definitæ fuerint; Eiusmodi definitiones in vnum collectas, vt magis; magisque dissensionum tollantur semina, & in posterum firmior in Agro Dominico pax Christi floreat; pro summo, quo fungimur Apostolatus officio nouis Apostolicis litteris muniendas duximus, & roborandas; Itaque de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum pietate, doctrina, & prudentia præstantium, & matura deliberatione nostra, atque ex certa scientia; hac generali, & perpetuò valitura Constitutione decernimus, ac declaramus.

Regulares, qui in Ecclesijs sui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Episcopo Diocæsano benedictionem petere; Prædicare tamen posse, quamuis illam non obtinuerint. Quod si Episcopus benedictionem nedum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesijs licere Regularibus prædicare;

dicare; eosque contrauentēs ab illo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato censuris alijque pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis fel. rec. Gregorij XV. Prædecessoris Nostri, incipientis, Inscrutabili Dei prouidentia, coerceri, & puniri posse. Episcopum tamen absque iusta, & rationabili causa contradicere non debere; Et huiusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere; Si in quibuscunque Oratorijs sui Ordinis sermonem coram Populo, vel in Ecclesijs, aut ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum iurisdictioni subiectarum licet clausis ianuis, & nullus Sæcularis ibi interfit, habere voluerint. Posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus illos, quamuis ab Vniuersitatibus, aut à Magistratibus laicis nominatos, etiamsi Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueuerint; quoad doctrinam examinare; Si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit. Et licentiam prædicandi semel ipsidem concessam ob rationabiles, causas licet occultas, prædicationem tamen concernentes suspendere. Non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, qui in Ecclesijs suorum Ordinum prædicent.

Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad Confessiones sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire; quamuis pœnitentes subditi sint eius Episcopi,
à quo

à quo ipsi Religiosi iam fuerant approbati; Et generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum sæcularium confessiones audiendas nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum; Sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione; Atque approbatos pro audiendis confessionibus Monialium vnius Monasterij minime posse audire confessiones Monialium alterius Monasterij. Itidemque Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro vna vice audiendas, haud posse expleta deputazione in vim approbationis huiusmodi illarum confessiones audire. Sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputacionis contigerit. Ceterum in Monasterijs, ac etiam Collegijs, vbi iuxta Regularia instituta viuunt posse tam Prælatos Regulares, quam Confessores Regularium eorundem Monasteriorum, seu Collegiorum audire confessiones illorum Sæcularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tantum ipsis deferunt. Illos autem Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis, generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis Personarum in Diœcesi propria admittendos. Quoad ceteros verò, qui non adeò idonei reperiantur, si petierint se admitti arbitrio Ordinariorum relinquere, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare

bare, & admittere. Semel autem simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis quouis Anni tempore etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum confessiones audire absque vlla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia. De qua tamen confessione teneri dictos Religiosos eorundem Infirmorum Parochum illicò certiore reddere. Et hoc posse illis ab Episcopo sub pœna suspensionis à facultate audiendi confessiones præcipi: Sufficere tamen, vt certioratio huiusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum Infirmum relinquendam.

Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint; Constitutioni, quæ incipit omnis vtriusque sexus, quoad Confessionem dumtaxat satisfecisse censendos. Regulares verò ad eiusmodi confessiones audiendas præuio examine simpliciter, & absque vlla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo, secus autem si ab eius Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis approbatos non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari; aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi; seu licentias illis concessas renocari, nisi noua superueniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat. De qua tamen haud necessarium esse, vt in actis constet; nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare; sed Sedi Apostolicæ dumtaxat, vbi eam sibi aperiri postulauerit. Porro si Regulares cum scandalo, aut alias inhonestè viuant; vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi iudicio

videan-

videantur à Confessionibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus, cum præcipua Ministri Sacramenti pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas; vtique eam causam ad Confessionis Ministerium pertinere, ac proinde nihil obstare, quominus ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à Confessionibus audiendis. Attamen Confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnus Conuentus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica nullatenus posse. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliaue priuilegia Regularibus cuiuscumque Ordinis, Instituti, aut Societatis etiam Iesu concessis factam eis non esse potestatem absoluendi in casibus ab Episcopo sibi reseruatis. Et per confirmationes dictorum Priuilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt; nequaquam reuixisse priuilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis subacta, atque extincta, si quæ habebant, absoluendi à casibus Episcopo reseruatis.

Et habentes facultatem absoluendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, non ideò à casibus Episcopo reseruatis posse absoluere. Posse autem Regularem Confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reseruatis; non autem in illa, vbi idem Confessor est approbatus absoluere, nisi eosdem Pœnitentes nouerit in fraudem reseruationis ad alienam

Diœ-

Dicecesim pro absolutione obtinenda migrasse; Vigore supradictorum priuilegiorum nequaquam licere Regularibus etiam satisfacta parte absolvere Pœnitentes à censuris quoad exter- num, & iudiciale forum, & absolutos ab eis in foro Pœnitentialem, utique non censi ab- solutos in exteriori iudicio, & contentioso. Quinimò Censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis cogi posse gerere se pro talibus etiam si à Regularibus fuerint ab- soluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis Priuilegijs coram Episcopo, ab eo iudicetur ipsa non suffragari casui, de quo agi- tur; Si dictorum priuilegiorum verba obscura sint, & ambigua; non esse ad Metropolitanum prouocandum; sed cum eius sit interpretari, cuius est condere; dictorum priuilegiorum in- terpretationem Sedis Apostolicæ iudicio, prout alias Constitutione Prædecessoris Nostri sel. rec. Clementis IV. Statutum fuit; esse re- quirendum.

Decernentes sic & non aliàs per quoscum- que Iudices Ordinarios, vel Delegatos quauis auctoritate, & dignitate fungentes etiam cau- sarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice- legatos, & Nuncios, & quosuis alios sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudi- cari, & defini debere. Irritum quoque, & inane quidquid secus super his à quoquam qua- uis auctoritate scienter, vel ignoranter conti- gerit attentari. Non obstantibus quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus Aposto-
licis

